

DURER (ALBRECHT). Alberti Dureri clarissimi pictoris et Geometrae de Sym(m)etria partium in rectis formis hu(m)anorum corporum libri in latinum conversi (by J. Camerarius).

Fol. 81b: Norimbergae excudebatur opus aestate Anni A Christo servatore genito M.D.xxxij. In aedib. viduae Durerianae.

Folio, Gothic types, with Greek pass., (81) ll., (1) bl. l. with sign. {A-E 6 P 4, G-O 6}; xylographic monogram on title-page; 80 full-length woodcut human figures and numerous other diagrams; contemp. MS. marg. note. Fine, large copy.

For the widow of Durer, Noremburg, 1532.

FIRST LATIN EDITION of parts 1 and 2 of Herinn sind begriffen vier Bucher von menschlicher proportion durch A. D...Nuremberg, 1528.  
Campbell-Dodgson, I, p. 265.

BOUND WITH

DURER (ALBRECHT). Clariss. Pictoris et Geometrae Alberti Dureri de varietate figurarum et flexuris partium ac gestib. imaginum, libri duo, qui priorib. de symmetria quondam editis nunc primum in latinum conversi accesserunt. Anno M.D.XXXiiiij.

Fol. 59b: Finitum opus Anno a salutifero partu. 1534. 9. Cal. Decemb. Impensis viduae Durerianae per Hieronymum Formschneyder Norinbergae.

Folio, Gothic types with Greek pass., (59) ll., (1) bl.l. (cut away), with sign. (a-k 6); folios, sign. a 2 and 3; l 5 and 6 and f 1 and 2 remain connected and folded together as extended plates; 60 full-length woodcut human figures, extended and other woodcut figures; a fine large copy in calf, gilt, int. gilt dent., g.e.

Hier. Formschneyder for the widow of Durer, Noremburg, 1534.

FIRST LATIN EDITION of parts 3 and 4 of the original German work.

Campbell Dodgson, I, 265: "A continuation of the last, being a translation of Bks 3 & 4 of the original German edition, with the same cuts."

Frank-Choulant, Hist. and Bibl. of Anatomic Illustration, p. 145: "...These two volumes contain the complete translation of the original German edition, by Joachim Camerarius senior....the woodcuts are prints from the original blocks....This work...is technically interesting because it contains the first attempts to represent shades and shadows in wood engraving by means of crosshatching."

Albrecht Durer, painter and engraver, born Nuremberg, 1471; died 1528.

MEMORANDUM

W

MEMORANDUM FOR THE RECORD

MEMORANDUM FOR THE RECORD


MEMORANDUM

MEMORANDUM FOR THE RECORD

MEMORANDUM FOR THE RECORD


MEMORANDUM FOR THE RECORD


MEMORANDUM FOR THE RECORD



75812

45813







Alberti Dureri clarissimi picto-  
ris et Geometrae de Symetria  
partium in rectis formis  
hūanorum corporum  
Libri in latinum  
conuersi.

Lectori.

Ei qui forte leges Germanice audacia dexterae  
Scripta per ausonios currere iussa sonos  
Da veniam erratis, neq; enim non esse ueremur,  
Et nouitate tibi conalietur opus  
Nam labor exemplo caruit nec signa priorum  
Vlla pedum per quae nos gradetemur erant  
Ei qua tamen namq; haud nostra omnia dāno, placebūt  
Scripta tuus decorans augeat ista fauor.

Jo.

AD

**Cautum est D. Caroli. B. Imper. Rom. edicto Ne cui  
Alberti Dürci scripta vel in hoc genere vel Geometrico-  
rum elementorum, vel thesismatica, typis impune  
excudere excusa ne venditare liceat,  
contra facientib. multa dicta  
quae in diplomate priuilegij continetur.**

AD

## Aequis et Studiosis bonarum artium Lectorib:

Si quid de pictura hoc loco dicendum durissem, Non tam laudibus illam q̄ deplora-  
 tione fieri celebraturus. Cui enim vestrum ignota esse possunt laudans: artis encomia.  
 Ne vero et florentis amissionem, et repululantis neglectioem, quis daturus vitio sit ac  
 non arbitraturus potius debuisse dolore et lacrimis psequi? Sed mihi consilium nō fuit  
 de arte nunc quidem verba facere, de artifice autore huius libri, deq; opera nostra, necessi-  
 tate quadam non nihil disputaturo. Ac illum quidem confido virtute meritisq; immo-  
 tuisse, non sūce modo patriæ sed exteris etiam nationib. Satisq; intelligo non expectare  
 laudes ipsius nostra præconia, præsertim cum eximia opera sempiterna gloria auctum  
 ornatumq; relinquunt. Conueniens tamen iudicauimus, cum quod illius inuenta ede-  
 remus, tum quod occasio data esset mandandi litteris præclari viri nobisq; amiff. vitā  
 ac mores, pertere quæ partim sermonib. aliorum partim præsentis de ipso cognouisse-  
 mus habitura prædicationem aliquam dexteritatis et ingenii singularis et artificis et ho-  
 minis, atq; etiam allatura voluptatis nonnihil legentib. Albertum nostrum e panonia  
 oriundum accepimus. Sed cuius maiores in Germaniam cōmigrarint. De origine igitur  
 et natalib. illius copiosæ orationi locus non erit. Qui et si fuero honesti, ab eo tamen  
 maiorem splendorem accepisse constat quam tribuisse. Dederat huic natura corpus com-  
 positione et statura conspicuum, aptum q; animo specioso quæ cōtineret, ve iusticiæ suæ  
 quam solet extollere Hippocrates et tam in hoc nō oblitā fuerit, quæ vt ridicule animato  
 simicæ ridiculum quoq; corpus tenuit, ita præclaris mentib. conuenientia corpora circum-  
 dare consuevit. Erat caput arguam, oculi micantes, natus honestus et quem greci  
 τρεπάρωνος vocant, pectus cū collum, pectus amplum, castigatus venter, femora neruo  
 sa, crura stabilia. Sed digitis nihil dirisses vidisse elegantius. Sermonis autem tanta  
 suauitas atq; is lepor, vt nihil esset audientib. magis contrariū q̄ finis. Litterarum quib-  
 dem studia non attigerat, sed quæ illis tamen traduntur, max. naturalium et mathe-  
 maticarum rerum scientiæ, fere didicerat. Eaq; is præcipua vt intelligebat et re explicare  
 nouerat, ita et oratione sciebat declarare. Testatur hoc scripta eius Geometrica, in quib.  
 quid de illa scientia possit requiri, quatenus quidem tractandam sibi iudicauit, nō video.  
 Ferebatur autem magno quodam ardore animi ad omnem honestatem morum et vice  
 complectendam, quam ita præstitit vt vir optimus merito haberetur. Nō tamen erat aut  
 tristi seueritate aut grauitate odiosa, quin etiam quicquid ad suauitatem hilaritatemq;  
 facere putatur neq; ab honesto nec recto alienum, et ipse per ætatem nō neglexerat, et pro-  
 babat etiā fener, cuiusmodi sunt gymnastico et Musice reliquæ. Sed præ cæteris cū  
 ad picturam natura finyerat, quare et illius studium totis virib. complexus, et vbiq; gen-  
 tium laudatorum pictorum opera, et rationum illorum cognoscendi, et imitandi quæ  
 probasset cura tenebat. Inter quæ et max. regum ac principum ipsiusq; adeo Maximi-  
 niani et huius nepotis Caroli ABB, et benignitatem expertus et fauorem confes-  
 cutus est, affectus ab illis non aspernando salario. Sed vbi iam habuit illius manus, vt  
 ita loquar, maturitatem, tum max. de operib. intelligeres ingenium sublimē et virtutis  
 amans. talia enim omnia faciebat grandia et laudabilis argumenti. Erant encomia  
 Maximiniani, etat et historice astronomice opera immortalia de quib. quæ memorauit

estimare licebit, ut alia non dicam, quorum est nullum quod non vel ex veterib. aliquis, vel nostra cetate quacuq; in gente picto: suum dici optaturus videtur. Est autem nulla profecto certior neq; verior naturæ viciniorq; indicatio quam quæ ab operibus sit quæ quisq; pro artificio suo effecit. Duorum duo genera quo reliquis longius præstant et quæ si ex ipsius naturæ officina procedunt, hoc in eo quod diximus magis possunt pollentq;. Ea sunt quæ *mirabilia* et *nomina* vocantur, id est representate rerum similitudine vel oratione vel manu. Duorum illa proprie poetica nominantur, hæc nescio an generalem appellationem habeant, sed quadrifariam fere intelliguntur, statuarum picture. Scalpturæ et plasticæ. Nunc vero de pictura loquamur ut propositum fert quæq; ipsa inter quatuor illa laudatiss. est, et ab aliquo græcorum poetice vocatis nuncupata. Tales igitur esse pictores prorsus quales ipsorum opera sint vere arbitrabimur, non secus ac potestas. *Hygnetorum* pinxisse ampliora omnia, *Paufona* minora tradunt. Quis non ex hoc intelligit et solum fuisse ingenio altiore, et hunc humiliorē *Martialis* negat se *Maronem* quidem, sed *Marsum* tamen futurum si *Moecenatem* sortitus sit, de quo ipse videtur. Nam illud nemo sperauerit, qui modo eius legerit versus egregios in eo genere in quo epigrammata insunt, sed quib. non solum infirmæ ad maiora vires verum aliena ab illis quoq; omnia produntur, paraq; etiam sæda et deformia. Qua propter non possum sine risu recordari *catullianæ* sententiæ huius, castum esse decere pium poetam, ipsum versiculos nihil necesse esse. Et quod ille aliter probare voluit mores distare a carmine suo. Sed poetas nunc dimittamus. Quot autē fuerit, ac potius quis non fuit pictorum inq; omnium qui non declararet operibus naturam suam. Non iam veterum mentionem faciam, nostrorum temporum exemplis contentus. Cui autem obscurum est non paucos laudem et admirationem vulgi quæ fuisse obsecitate pingendi, dum quæ non nisi occulte, fieri honeste nequeant, immo quæ ne occulte quidem facta nefario sedere et probro vacent, tabulis expressa publicarunt, hos ne pudicos quisq; crederet, quorum mens et dextra talia fuerit molita. Vidimus etiam multorum minutulas et bene sane coloratas picturas quib. quidem non nihil ingenui et gnauitatis declararet magistri, sed ars requireretur. Hoc igitur loco optime admirabimur *Albertum* sanctimonie et pudoris diligentiss. custodem, et granditate picturarum proferentem se conscium nimirum sibi virium suarum, sic tamen ut ex minorib. quoq; operib. ipsius sperni nihil debeat. In quibus nullam lineam inuenias ductam temere aut peruerse, nullum superuacuum punctum. Quid ego de manus constantia et certitudine loquar. *Jurares* regula normaue aut circino prescripta quem nullo adiumento vel penicillo vel sæpe calamo aut penna deducebat, ingenti cum admiratione spectantium. Quid memorem qua dextræ cum animi conceptibus congruentia, sæpe in chartas statim calamo aut penna figuras quarumcumq; rerum coniecerit, siue ut ipsi loquuntur, collocarit. In quo hoc profecto legentib. incredibile futurum prospicio, distantiss. non solum argumenti sed et corporum partes instituisse unumq;, quæ coniunctæ ita inter se conuenirent, ut aptius fieri nihil potuisset. Nimirum ita mens artificis singularis instructa omni conatione et intelligentia veritatis consensusq; inter se partium, ipsa moderabatur ac regerat manum, iubebatq; sibi absq; ullis adminiculis fidere. Similis erat promptitudo peniculum tenentis, quo minutiss. quæq; in limbo tabel laue perscribebat, nulla designatione præmissa, sic ut non culpa modo posset nihil, sed

laudem etiam omnia summam inuenirent. Maxime admirabile fuit hoc laudatiff. pic-  
torib. quib. in illa re versatio plurimum difficultas non effe ignota. Hoc loco nõ possum  
silencio prætere quod inter hunc et Joannem Bellinum accidit. Erat is venetice, inqz  
italia tota huius artis fama excellens. quo cum Albertus venisset facileqz cum illo se con-  
iunxisset, atqz, vti fit, munice operum iam osientationes existerent, admirante Alberto  
candide et magni faciëte Bellini omnia, Bellinus et ipse ingenuè cum alia, tñ pilorum  
subtilitatem præcipue in Alberti operibus comprobauit. forte accidit, vt de arte inter se col-  
loquerentur, quib. sermoneb. finitis, facies ne inquit Bellinus, Alberte benigne et gratifi-  
cadere in renon magna amico. senties inquit Albertus si quidem quod præstare valeam  
a me petieris. Tum Bellin<sup>9</sup> cupio a te ferre, inquit, dono vnum e penicillis tuis quib. ca-  
pillamenta de ducere soles. Ibi albertus nihil moratus cum plurimos similes altiorum et  
qualib. bellinus quoqz videretur, protulisset, eligere iussit qui maxime placeret, nisi auferre  
mallet vniuersos. Sed Bellin<sup>9</sup> falli se ratus, non enim hos, inquit, aiebam, sed quib. cri-  
nes et pilos unico ductu complusculos exprimeret consueuisti, quos sparfilos et latiusculo  
differimine esse oportet. Aliter enim in max. sepe longitudine tanta æquabilitas seruum  
et distantie seruari nequeat. Non aliis inquit Albertus qz his vtor, quod vt tibi probem  
sicut contempler, et arrepto vno ex propositis penicillo, longiss. et sterulos crines quales  
mulierum maxime sunt, constantiss. ordine et ratione inspicat et stupente Bellino pro-  
dixit, qui postea multis confessus fuit, nullius mortalium sermone, eius rei quam ocu-  
lis vidisset, fidem sibi facere potuisse. Tribuit hoc idem illi ingenitate spectabili Andree  
as Mantegna qui Mantuce floruit reuocando ad sinceritatem quandã et legè picurã,  
quã quidem prim<sup>9</sup> laudem meruit, dum dissectas et fractas statuas eruit et in exemplum  
artis proponit. Cuius quidem sunt omnia dura et rigida scilicet manu non assuefacta se-  
qui animi intelligentiam et promptitudinem. Et ed illis nihil putatur in arte melius neqz  
perfectius. Is ergo cū Mantuce decumberet et Albertum in Italia esse audiuisset, cura  
uit cederet ad se accessi. Instruendus facilitatem eius et certitudinem manus rerum cog-  
nitione et arte. Nõ enim raro in sermoneb. familiarib. questus fuerat quod vel sibi nõ con-  
tigisset illa, aut Alberto scientia sua. Nihil moratus albertus poshabitis reb. omnib. vbi  
nuntium accepit statim iuueni se accurrit, sed prius decesserat Andreas qz Mantuam  
potuisset peruenire, neqz que qz dicere solebat in vita sibi tristius accessisse. Quãvis enim  
Albertus summus esset tamen aliquid animo suo magno et excelso supra concupiscebatur  
semper. Nos viri barbaram imaginem, ita vt diximus, in linco statim ipso penicillo mil-  
lis ante dispositis, vt assuet delinicationib. ab eo expressam quasi atomi spectauimus.  
Nili sunt barbæ ferme cubitales, ita exquisitæ et solerter ducti, ita vbiqz discrimine et mos-  
do simili, vt quo quis melius artè intelligeret, hoc magis cum admiraretur, tum incredib. b-  
le duceret in illis effingendis nulla alia ope manum adiutam fuisse. Ceterum nulla  
spurcities nullum dedecus in ipsius operib. erat, resurgentib. scilicet talia omnia castiss.  
mi animi cogitationib. Dignum tali successu artificem. Jam expressiones viuentium  
vultuum, quæ contrafacta nunc vocant, quam similes consuebat, qz infallibiles, qz ve-  
ras? Quæ omnia eo consequatur quod ad artem et rationem vsum reuocarat, inagno  
tam hactenus et inauditam pictoribus nostratibus saltem. Quis enim illorum fuit, qui  
operis sui quo maximam quoqz famam adeptus esset, rationè explicare posset, vt magis

Bellini

Mantegna

scientia quam casu laudem inuenisse crederetur. Sed Alberto parata, certa inq; prosp-  
 tu erant omnia, quod picturam in viam præceptionum induxerat et reuocarat ad rati-  
 onem doctrinæ. Sine qua, vt Cicero scripsit, etiam si quid bene sit adiudicæ natura,  
 Tamen id quia fortuito fit, semper paratum esse non potest. Hæc sibi ipsi primum cla-  
 borauit. Mor, vt erat liberaliss, et candidiss, explicare in scriptis libris Et. ac doctissimo  
 viro Iulialbaldo piramero aggressus est, cui et elegantiss, epistola illos dicitur, quam  
 nos latine reddere intemerata illius natua quasi facie, cum supra vires nras esse sentis  
 remus, intactâ reliquim. Sed priusq; absoluerè dnâ et correctâ edere, vt cupierat pos-  
 set, mortie est creptus, placida illa quidem et optabili, sed profecto, nostro quidem iudicio,  
 præmatura. Erat autem si quid omnium in illo viro quod vitij simile videretur, vnica  
 infinita diligentia, et in se quoq; inquisitrix sæpe parum æqua. Hunc igitur mors ab-  
 inceptâ editione operis sustulit, quam tamen consumarüt amici ex illius persequente,  
 De qua nunc deinceps et de nostra versione pauca dicimus. Ipsum quidem opus geo-  
 metrico quodam modo elaborari ab illo coeptum, paulo vt non perpolitū et exers un-  
 ture literarum, rudiusculum videtur, sed hoc facile ipsius rei bonitate compensatur.  
 Hoc ipse vt se elimante etiam latinum facere vellem, paucis ante q̄s fato suo fungeretur  
 dieb<sup>9</sup> a me petierat. Neq; ego grauatim deuleram illi operam et studiū meum. Sed hæc  
 ei curam et elimandi operis facultatem quæ fert omnia mors abstulit. Postea amici nō  
 solum precib, sed autoritate sua, cum opus edidissent, a me obtinuerunt, vt verendum in  
 linguam latinam suscipere, hancq; operam receptam vāno Dārero nauarè mortuo,  
 Equidem nō ignorabā quantum oneris suscipere in tractanda re nec satis mihi per-  
 specta neq; in cuius tractatione haberem in lingua latina quicq; quod pro exemplo po-  
 nere imitariq; possim. Non etiam fugiebat me, quanto difficilior esset occupatus alijs  
 ordinarijs negocijs, videbam non posse me tantum diligentie et assiduitatis huic cōuersi-  
 onī impendere, quantum et cuperè et ipsa mereretur. Sed quid agerem? Et mortui ami-  
 ciss, mihi hōinis respectu, et amicorum illius cum voluntate erga me tum quasi quodā  
 iure imperandi mihi, rapiebar contra omnes difficultates, ad ingredendum iter, neq;  
 planum neq; expeditum mihi. Itaq; libris duob, totius voluminis tantum tribui quan-  
 tum quidem potui ocij subtrahere occupationib, necessarijs meis, et conatus sum quemodo  
 eunq; latine docere, de quib, ille in teutonica lingua optime præceperat. Cuius facti cō-  
 fido me veniam apud vos bonos et studiosos artium facile inuicturum, quod neq; ego  
 defendere aut velim aut possim quo minus audax videat. Sed non modo ignosci alicui  
 bi audacie, verum succurri etiam oportere censeo. Quos si cognouero industriam et stu-  
 dium hac in parte meum, gratū nobis fuisse, animabor et ad id quod reliquū est Alberti  
 de pictura præceptionum latinū faciendū, non pauloq; hæc vt exquisitus ita et tam ope-  
 rosus. Non autem expectabitis modo in hoc argumento scripta illius, sed etiam cum  
 Geometrica tum tichismatica, in quibus vrbium munitiones, vt horum temporū ratio  
 ferebat descripsit. Hæc autem fere sunt de quib, libros ille composuit. Nam quod audio  
 quosdam in vulgus promittere, vel scriptis vel sermonib, suis, Libellum Alberti de sym-  
 metria partū in æquorum corporibus, equidem miror, vnde post mortem illius allaturū  
 sint, quæ viuus nunq; perferret. Eisi me clam non est, Albertum in hoc etiam genere  
 rationem cepisse exquirere veritatis, neq; labor futurus mortui autore quā fuisse viuus.

Prothemer

anno 1510  
 fulm 9 p 112  
 1510  
 1510  
 1510  
 1510

Et, quod maxime, contrarium esset/nihil mensurationum conficisse, verum quicquid fuerit effectum amississe scio quorundam perfidia, per quos factum sit ut commenta-  
rii surripentur auctori, itaq; ille nunq; postea de integro voluit illam rem aggredi.  
Neq; non suspicabatur vel potius compertum habebat, vnde in suos labores sui inuol-  
lassent, sed opt. vir maluit dissimulare cum detrimento et dolore suo, q̄ in illis perseque-  
dis mansuetudinis et lenitatis obliuisci. Huius igitur quicquid erit non patiemur in Al-  
bertum auctorem conferti, futurum, vt apparet, illo tanto artifice indignum. Exierunt  
etiam ante aliquot annos pauca de quadam charte teutonice, commendicatas et in con-  
uenientes fere præceptiones illa de re continentes, de quib. in præsentia verba facere nõ  
fert animus, sed nisi admodũ fallor, non semel penitus auctorem editionis. Ceterum  
illa quorum fecimus paulo ante mentionem, quæ non modo quia editioni comparauit  
ipse, sed etiam quia erimia sunt, facile probant Alberti esse, nõ paulo hinc, vt arbi-  
tror, q̄ aliunde meliora accipietis. Non quod sint apud nos paratioris ab eruditione et doc-  
trina q̄ alibi sed quia in officina illius hæc interpretatæ, et inter chartarũ <sup>autographorum</sup>  
augmenta et correctiones exemplorumq; varietates, quasi in luce multorum versantur,  
quæ alijs quamuis doctis, obscura videri necesse est. Ostendit hoc Geometricus illius  
liber, quæ iam doctiss. vir in manibus habet emissurus ppedit ornatior et explicationem  
q̄ nunc legitur multipliciter, nõ enim minus viginti sex <sup>graphorum</sup> seu figurarum addi-  
tionem habebit, correctiones autem vel castigaciones priorum innumerabiles ita ipse res  
legens emissa iam in vulgus meliora locupletioraq; reddiderat, et quasi diuinans se iterũ  
non editurum, præscripserat quid publicaturis de scriptura deq; figuris faciendum esset,  
neq; nõ etiam in teutonica lingua, vt ab auctore est volumen confectum, vbi primum pos-  
terimus, curabimus typis excudendum. Hæc æquum fuerit vobis accepta esse, referentib.  
hanc gratiam et auctoris singularis viri ardentiss. studijs ad publicam aliquid utilitatem  
conferendi, inuentionum suarum, et nostris laborib. ac cupiditati, illa quæ vni dũtaxat  
nationi scripta videntur, propagandi in omnes.

In libros *συμμετρίας* Alberti Düreri *ἰσοπέδων* ad Cristophorum Colerum B. E. et doctiss.

Cum tuo max. impulsu hos libros Alberti cariss. tibi amicorum, transferendos in linguam latinā suscepissem, cōueniens visum fuit, de tota cōuersione nostra rationem tibi reddere, vt et tuo iudicio commendaretur lectorib. et ego quasi te duce huius editionis viam minus timide ingrederer. Cum igitur intellexissem nostrā operam, quam in trās ferendo sumpsissemus, tibi non displicere, placuit illas rationum quasi tabulas hoc loco exponere, vt a te quæ gessissem comprobata ostenderem, fieretq; hoc modo speciosius opus. Allaturum etiam non nihil hoc veritatis lectorib. sperabā, cōmunicacione quadam animi et cogitationum nostrarum, Quib. si quid hac in parte gratæ a nobis opere nauatum fuerit, id omne tibi v. cl. debebunt referre æternum, qui non modo autor mihi criteus, sed etiam impulsor.

Cristophoro Colero B. Eof.

Cum tuo suasu vertendi Dürerianos libros de pictura preuinciam ceperim, quid in toto opere max. appellandis reb. secuti essemus, placuit exponere tibi ante editionem de tua sententia vel retenturi illa vel mutaturi.

Quod autor exquisiuit in apertis et concinnis corporib. effingendis q̄ longe quæ pariter a quib. distare deberēt, Duce elegans et venusta membrorum compositio pulcritudo est, ideo nos interpretantes titulum, Symmetriam in his libris doceri prænotauimus. Hæc picturæ dedit, vt Pinnus ait, Pinnus parrafius, vsurpauit autem plurimum Euphranor, qui et volumina de ipsa cōposuit. Latini nomen eius habere negat nos tamen interpretentur cōmensuram cōmensurationē. Atq; ita arte, quæ naturā sequitur, ratio vestigatur qua quicq; tale fiat in exprimēdis rerum formis, quale re vera fuisse. Dime- tendarum autem partium in corporib. cum duplex sit via, vna altitudinis, altera latitudinis, vt scis, hanc bifariam accepimus, Nam quum in obliquis etiam imaginib. vt in plano notarentur, satis intellectum iri putabam hanc densitatis esse si ad soliditatem corporis respectum esset. Eodem pertinet et quā profunditatem vocant cum a dextris partib. retro quasi ceditur vt in obliquo capite, verbi gratia, ab oculis ad aures. Altitudinis quidē ratio longitudinis est. Sed in pede seu calce peculiariter cōsiderauimus. Nam ille trāsuersus longus est, ita obliquo designatio datur perpendiculariter altitudinis. Neq; te fugiat si quando nominentur a nobis simpliciter partes illarum initia seu sumitates accipiendas, sicut fere adiecimus, cum non fuerit vt opinor necesse, alicubi etiā superuacua. Nobis tamen vt in alieno opere non nimum audendum duximus. Quis autem requirit cum simpliciter dicatur summi adiectionem, præsertim hac voce facta e summo capite, nisi fallo? Ceterum cum autor curiosa pene diligentia exquisiuerit partium in corpore humano nomina, quo mēsuraciones certiores essent, quibusdam etiā noua imposuerit, confido fore vt studiosi versionis vel hac in parte difficultatem intelligāt. Nam reliqua prætereo quæ et ipsa nō possunt facilia videri fuisse, cum in hoc genere quod imitaremur,



anti quorum certaret nihil. Conquisiuius autem et nos non mediocri cura neq; modico tempore nomina quibus latine reddere Düreriana possemus, quæ q̄ apposita sint, non nos quidē præfari decuerit, sed legentium erit iudicium. Quæ velim tu qualia sint perpendas, cui si satisfecero bona erit et de aliorum iudicationib; spes. Duos tamen equum fuerit, ut arbitror, errorum etiam nobis cum tali voluntate gratiam libenter facere, atq; hæc nostra emendantes ipsos aliquid melius proferre, quod quidem non solum non offendet nos, sed etiam voluptatem cum utilitate nobis asseret. Ne quid autem dissimularem, subiecimus appellationes partium in humano corpore latinæ, quibus addidimus teutonice Düreri, et perspicere quid e quo fecissemus.

## Partium humani corporis nomina quarum in his Libris mentio fit.

**Scapulae** graeci vocant *ἄσπληνα*. intelligenda est capitis summitas pro qua veteres verticem posuerunt. Die schaytel.  
**Vertex** ubi in media calua capilli girantur. Der hinderst wirbel.  
**Occiput** et occipitium. Hinden der kopff ob dem genick.  
**Radices capilli.** Harwachs. Accipiuntur autem supra frontem et tempora.  
**Frons.** Die siem.  
**Supercilia.** Augpraen.  
**Palpebrae.** Augschedel.  
**Nasus.** Die nase.  
**Nares.** Naslöcher.  
**Bucca.** munde. Sic enim visum in ore nominare coniunctionem labiorum, id est, ut graeci vocant, *ἑνωμασίου* vel *ἑνωσίου*  
**Genae** siue mala. Item buccae. Die packen.  
**Tempora.** Neben das haubt.  
**Collum.** gula. guttur. ceruix. Der hals.  
**Scapulae.** Schultersclafsch.  
**Humeri.** Achsel. Ibidemq; notantur extare humeri ossa, id est capita inserta *τὰ ἄσπληνα* id est acetabulis. Die achselbain.  
**Jugula** et iuguli. Halsgrüblein. Intelligenda autem est ἡ σφαγή, id est lacuna in medijs iugulis. Jugulum etiam latini dicere.  
**Pectus** Die prüste.  
**Alae** siue Axillae hieshen. Notantur autem in aduerso et auerso corpore.  
**Mamas.** prüste. Papillae. die tütlein.  
**Infra mamas.** vndem prüsten. Ibidemq; nominatur alicubi imus thorax.  
**Iumbi.** latera. sub costis. ubi praecingimur. Einetus. die waychen.  
**Sinus** corarum, quod supra illas concauitates extat, in quas corae caput inseritur quae sunt *κόιλαι* id est acetabula. Graeci vocant plane ἰσθμια. Der hufst art.  
**Summum femur** seu coxa. der hufst ende. Alicubi coxendices diximus. Quas tamen fere

posuimus pro capitib. coræ. id est die peyn in hufen.

Alnus End des pauchs.

Verenda. pudenda. pubes die scham. huc pertinet glans et serotum et virgula et testicu-  
li. Sed in mulierib. initium pubis diximus. pro nature initio id est  $\chi\epsilon\iota\mu\alpha\tau\omicron\varsigma$ . et imam  
pubem ubi desinere id tamen non nusquam interpretantes. his verbis. ubi corpus bifidum  
sit. Den spaldt des weybs.

Extremæ nates. Vnd des hindern. Femur das ober peyn.

Femur sulci. Einpiefung des peins.

Supra genu. Ob dem knie. Supra genu interius. poplites.

Medium genu. In der mitte. Infra ipsum Vnder dem knie.

Cura. waden. Est et illa notata. media et ima. Itemque exterius et interius.

Tibia. Schinpein.

Tali. Die knorren. gemini et ipsi interius et exterius.

Mons pedis siue conuersus pes. Des fuers ris.

Plantæ. Die solen. Calcem diximus den fuers. Calcaneum die ferssen.

Brachium. Arm. Humeri. achsel. Ale ächsen. Musculi id est tori die mauße.

Nexus cubiti qui grecis est  $\alpha\gamma\kappa\lambda\upsilon\pi\iota$ . ubi cubitus in obliquum flectitur der einpoggen.

Junctura manus grecis  $\kappa\alpha\tau\omega\omicron\varsigma$ . Das gelenck der hand.

Manus hand. Palma die offen hand. Digni. finger vnd zehen.

Articuli Gelenck.

Hæc sunt de quibus quasi referre ad te volumus. que tu diligenter. v. cl. considerabis. et  
voluntatem erga nos studiaque nostra tuam conseruabis.

Jo. Ea. Du.

H. Cobanus Hessus hæc  
quoq; Dürero  
faciebat.

Nunc noua nobilibus symmetrica ductæ parergis  
Plurima in triguo codice lector habes  
Ducæ dum forte leges, simul hoc quoq; forte notabis  
Pictoris tantum non habuisse manus  
Omnia iudicio certo cognouit, et acri  
Ingenio, nihil hunc quod latuisset erat  
Sive mathematicas res esset agenda per artes  
Nemo hoc iudicio dexteriore fuit.  
Sive forent aptis cingendæ moenibus vrbes  
Düreri potuit pingere docta manus.  
Nec tantum pinxit, docuit quoq; qualia bello  
Cæpe etiam clari non potuerunt duces.  
Non tamen illius hic locus est describere laudes  
Quas alio scriptas carmine vulgus habet.  
Tu modo Düreri decora immortalia lector  
Qui sapiis criminij muneris instar habe.  
Illius et patriæ grates age Noridos vrbi  
Tradita per quam sunt hæc monumenta tibi.

Et hæc.

Quanta fuerunt monumenta reliquerit artis Apelles  
Restantur varijs veraq; scripta locis  
Illius at nullum superest quod dicere possis  
Artificis pictum nobilis esse manu  
Fallo: an Hæc tiam Dürero fama futura est  
Et poterunt tanti facta perire viri?  
Non equidem credo quoniam quæ perdidit illum  
Hunc eadem ratio viuere posse facit.  
Viuere non poterat quæ plurima scripsi Apelles  
Quod calamo tantum scripta fuerit leui  
Nos nitido plures conscribimus cere libellos.  
Quos sati series perdere nulla queat.


Pauca ut credibile est exempla reliquit Apelles.  
Perdere quæ potuit quælibet hora nocens.  
Nos damus eriguo tot milia tempore, quot nec  
Per tres vlla manus scribat Olimpiades.  
Hæc michi nullo alios Dârcum posse per annos  
Vivere conditio spem facit esse ratam  
Quamuis arte sua sibi iam monumenta parari  
Quæ sine digna libris ne morentur erant.  
Namq; quis hoc melius pingendi calluit artem?  
Quis fuit ingenio promptior atq; manu?  
Omnib. ille prior fuit. omnes ille reliquit,  
Quiq; coeui aderant quiq; fuere prius.  
Sicut in hunc mihi scripta docent, Epicedia, veris  
Facta magis tanti laudib. apta viri.

Alberti Dureri clariss: pictoris et Geometrice  
de Symmetria liber  
primus.

De picturis humanam effigiem hanc ratione sequitur. In profu-  
tam regulam quæ effigiem quam facere vis longitudine sua excedat,  
lineam ducto, eius cuius picturam esse placuit altitudinis. Sic ut lineæ  
prim<sup>o</sup> punctus verticem, extremus calcem describat, preque diuersitate  
formarum, ut illas longas aut breues in animo cõcepisti, singulis suas  
lineas accommodato, easdemq; singulatum partitor. Quare quoties  
cunq; in sequentibus partium numeros audies, eos petendos scias, ex  
statura totius altitudinis a vertice ad calcem vsq; ei<sup>o</sup> cuius effigies insti-  
tuta sit, cuius vnica illa lineæ diligentia summa distinguenda est, quæ  
distinctio perueniat a duab<sup>us</sup> partibus ad partes aut quinquaginta, aut  
centum aut quocunq; tandem partib: vsus sit. Eas partes omnes suis  
numeris notatas ad illam longam in regula ductam lineam referes,  
sic ut cum eius primo siue initiali puncto consentiant, deinceps vti o pro  
sua quæq; diuersitate discrepent, ut necesse est. Atq; hæc via pauciorib<sup>us</sup>  
numeris longiores partes notabuntur et contra pluribus breuiores, sicut  
autem de tota lōgitudine, dimidium lineæ. 2. pars tertia. 3. pars quarta  
4. atq; ita consequenter. Quas etiam ipsas hæc modo notatas partes si  
res poposcerit vltcrius pro tuo arbitrio, dimidiato in alios siue pares siue  
impares numeros Nam qui aliq; rem accurate metiri cupit, dum vna  
certa partitione comprehendere omnia nequit, necessitate ad partium  
cõminutionem defertur. Quod a me factum postea apparebit sepe enim  
duplices sepe triplices numeros collocatos videtis / magnos / medios /  
pares / impares, quibus pror: ad veritatem rei pertingere posse visus sum  
Ceterum numerorum eorum qui a me designati sunt, compositio,  
mutari et pro alterius ingenio aliter vsurpari poterit. Vt autem omnia  
quæ et dicta hæcenus a nobis sunt et postea dicentur melius intelligen-  
tur. Illam regulam cum suis partib: et partium notis quomodo facere  
docui hic appingam, ante enim omnia huius rectitudinem cõstare ex  
tet absq; quo immensus labor et temporis iusinitas, vix omnium parti-  
um nominatas lōgitudines in totius longitudinis statura a vertice ad  
calcem vsq; perquestura videatur.

23

Regula  
Dureri



¶ Nota

Nunc quomodo institutam effigiem metiri possis ostendam. Sit autem verbi causa prima effigies virilis depingenda hominis bene habitus et agrestis cuius statura caput septimae sit partis / Lineam rectam transversam ducito, in eam perpendiculares lineas tres imponito, eius spacii cuius effigiem futuram proposuisti. Harum autem linearum trium prima oblique imaginem tribuet, altera aduersae, Tertia, auersae. His lineis parallelis haec quo dixi modo dispositis, Mensuram adhibeto altitudinis membrorum id est partium notabilium a summo capite usque ad imam plantam. Eaque ratione animaduertes in exemplis nos per lineas perpendiculares transversas equaliter siue directe ductis, peruestigatam membrorum altitudinem, siusque numeris distincta notasse, ubique ad mensuram partis, numero adiecto quo intuenti statim innotesceret totius huiusmodi rationis certitudo, praecipuas vero transversarum linearum has inuenies / saepe tamen plures saepe pauiores, nominari. Primo et summo loco verticem, pro: infra hanc lineam fronti locus, Infra hanc supercilios, in inferiore, naso, in hac etiam inferiore, mento, Atque haec pacto descenditur ad summos humeros, ad iugula, ad pectus, alas, scapulas, mamas, infra mamas, lumbos ubi incingimur, umbilicum, sinus coxarum, coxendices, alium, pubem, extremitatem glandem, extremas nates, feminum sulcos, supra genu, supra poplites, medium genu, infra poplites, innum surae exterioris, innum surae interioris, montem pedis, innum talis exterioris, plantam.

Haec nomina suo loco in exemplis perpendicularibus lineis addemus quibus membrorum longitudo indicetur, Quo huius rationis quam in toto opere secutus sum euidentia consistat.

His sic ordinatis ita longitudinem membrorum metieris.


A sinu capite quod bregma dicitur usque ad medium iuguli summitatem una pars est decima et una undecima Ad summos humeros due partes. 11 Ad innum mentum una pars. 7 Summitas verticis media est inter sinu caput et frontem A mento usque ad radices capilli una decima.

Hanc si paritatis fueris in tria aequalia spacia, primam frontem, secundum oculos et nasum, tertium os et mentum designabis. A iugulo usque ad summum pectus una. 30 Sub alas una. 13. Ad mamas una. 10. Infra mamas una. 8. lumbos due. 11. A lumbis ad umbilicum una. 40 sinus coxarum una. 30 Inas coxendices una. 10 Pudenda una. 8 extremitatem glandem, una. 6 Inas nates una decima et una. 11 Ab imis natis usque ubi femina quasi sulcantur id est ad medium femur una. 18 A planta ad innum talum una. 28 A planta ad montem pedis una. 20.

Atque ita corporis longitudines dimensus ad innum usque femur, superest vi genu quoque suo loco collocetur. Quod ubi factum erit de tota corporis statura tres inaequales mensuras eriscent. Nempe a summitate medij Iuguli ad innum usque femur una et longis, ab imo femore ad medium usque genu, altera et quidem minus longa a medio genu ad imam usque tibiam tertia et breuis: Superiora enim membra quod in homine obseruatu per est facile longiora et firmitiora esse consuevere. Corpus quod nomen saepe audis, accipe ex partibus compositam et aptam longitudinem, compositam motionis. Nunc ad illas tres mentiones redeo, eas scito inter se certa proportione conuenire oportere, sic ut qua proportione corporis longitudo congruat cum longitudine coxae, ductaratione a summo femore ad genu medium, ea proportione haec cum tibia comparetur.

Ceterum hoc, quod eundem non ubiq; sequor: ita constitues. Triangulum ducto a. b. c. a. b. latus esto transversum. b. c. rectum sic ut. b. rectum angulum faciat moy rectum latus. h. c. diuides punctus duobus. d. e. in tria cequalia spacia. Et ab angulo. a. duces lineas duas rectas ad puncta. d. e. quibus proportionem eam quam dixi crues hoc modo.

In regula duob; punctis designabis totius corporis longitudinem inter medium iugulum et iunum femur. Similiter inferius iunum talum sub tibia notabis, punctum autem iuguli ascribes. f. iuni femoris. g. iuni autem tali. h. postea regulam sic applicabis ut punctum. g. tangat lineam. a. d. supra memorati trianguli, et istud punctum neutiq; a dicta linea dimouebis. Regulam tamen super ea linea tanq; per versabis dum punctum. f. pertingat ad lineam trianguli. a. c. et dum infimum punctum. h. pertingat ad transversam lineam. a. b. Quib; ita perfectis secabit lineam. a. e. regulam inter. g. h. et ad. d. punctum. I ascribes inueniesq; designatas cum corporis longitudine tres mensiones analogicas. Quae enim est proportio spacti. f. g. ad spatium. g. I. ea est a spatio. g. I. ad spatium. I. h. de puncto autem. f. similitatem medij iuguli intelliges, de puncto. g. iunum femur de puncto. I. medium genu de puncto. h. iunum talum sub tibia, inter haec animaduertes regulam ad triangulum applicatam inspectendam esse cum puncto. f. sursum versus recte stans latus. e. b. Talcm triangulu licet cequatozem nomines, et hanc rationem contrariam cum aliquid inuertere voles facere poteris. Sane plurimam ad multarum rerum effectum utilitatem recte usurpantib; suppeditabit.



Post hac deinceps peruenitur ad brachij mensuram ita vt subieciamus  
 Ab humero enim vbi illius caput ad iugulum annectitur ad cubitum vsq; duce .ij.  
 Ceterum ab humero ad imos musculos vna .jo.  
 A cubito ad extremos vsq; digitos vna .4.  
 Ab extremis digitis retro ad extremam manum vna .jo. Et si in vnam .9. product  
 non est inconcinnum si cui forte ita libeat.



Atq; ita sese habet omnium membrorum altitudinis mensura. Nunc latitudinem de  
transuersis lineis ductis per obliqua effigici membra, indicabimus.

Caput per verticem supra sinciput diducet  
in vnam nonam

Per frontem inam .14 et .15.

Per palpebras vnam .7

Per nasum vnam .8

Per mentum ac sinum collum similiter  
.8. vnam.

Per collum ipsum vnam .12

Per Jugula vnam .9

Per summum pectus duas .13

Per alas vnam .6

Per mammas vnam similiter .6

Infra mammas vnam .12 vnamq; .12

Per lumbos vbi precipimus vnam simili  
ter .12 et .13.

Per sinus coxarum vnam .6

Per femur finium siue coxendicem perq;

alium ac nates vnam .11. et .12

Per pubem similiter vnam .11 et .12

Per summa femina sub natis vna .7

Per media femina vnam .14 et .15

Supra genu vnam .10

Per medium genu vnam .12

Infra genu vnam item .12

Per mediam suram vbi latif: est vnam  
20. et .21.

Per inam suram vnam .12

Per talum vbi cum calce tibia connectitur  
vnam .13

Podem ipsum siue calcaneum ad vnam .6  
produces.

Post hec brachium obliquum per partes  
suas ita densabis

Humerum duab: .21

Sub alis vna .13

Nexum cubiti vna .18

Musculos cubiti vna .18

Iuncturam manus vna .32

Ipsam manum sic dependentem vna .30.

Ceterum in exemplis brachiorum mensu  
ra sepe ratim a corporibus demonstrabitur

quo planior res minusq; inuoluta sit

Ac nunc deinceps de latitudine aduerso  
rum membrorum singulatim percipiemus.

Capitis per verticem latitudo sit vna .10.

Per frontem vna .8

Per palpebras vna .9

Per aures vna .8

Per nasum vna .10

Ipsius sub mento colli latitudo vnam .12  
habeat

Per jugula vna .5

Per pectus tres .10

Intra alas spatium vnam .5 habeat

Intra mammas duas .15

Per lumbos vnam .5

Per sinus coxarum vnam .9 et duas .19

Per femur vnam .4.

Vbi et coxendices notabuntur distantes  
quidem inter se vna .6

Per pubem vnam .4

Per sub ipsis statim natis femur duas .17.

Per medium femur vna .10

Hoc loco illum quas, vt diximus sulcum  
id est interius notabis.

Supra genu vnam .12

Per genu vnam .14

Sub genu duas .26

Per mediam suram vna .22 et vnam .24.

Per inam surae interioris vnam .14

Per tibiā supra talum vnam .27

Per talos vnam .22

Ipsium per extremos digitos pedem dilata  
tis in vnam .15

Iam brachium deinceps huius forme ita  
describes

Per alas vna .18 erit

Supra cubiti nexum vna .21

Infra vna .16.

Per cubitum ante iuncturam manus vna

25 palmam ipsam explanabis vna 15  
Postremo ad tertiam lineam effigiem  
auerfam per scapulas, id est intra alas,  
latam facies, vna 4.


Ipsam podicem intra nates fissum de sig,  
nabis altitudine vnius octauae  
Calcaneum latum facies vna 24.

Atq; hac ratione et via altitudine et latitudine omnium huius corporis membrorum  
tripliciter descripta, consequenter delineationis habitus et figuram inscribes pro tuo qui  
dem ingenio q; apposuissimè Atq; est parum vtile, id quod libenter soleo facere, ut ille de  
lineationes et figura secundum propositam viui hominis similis staturæ Imaginem  
inducantur, ita cadent aptius ac venustius, quam si temere exarentur.

Equidem quam potui exactissime in exemplis omnia expressi Atq; est in hac parte  
spectabile pre cæteris, quanto artificio natura hominem, quasi compactum duabus par  
tibus fabricata sit, utq; in corendicis tanquam basin truncum impositum agglutinarit  
Duo loco in exemplis diligenter circum ventrem sacrumq; os, talem habitum desig  
nantes curauimus. Quæ quidem vt primæ effigiei exempla quo omnia sunt distine  
tiora, signo licet aliquo notes vt verbi gratia, A.



Altitudines membrorum Virilium.





Post hæc describemus effigiem mulieris crassulæ valentulæ q; ac a greffis cuius forma sit superius demenstrate virilis max. consimilis, ponaturq; et huius altitudo ipsius capiti sum septem. Tegitur superius traditam rationem sequere, secundum quam etiam huius corporis partes dimetiare. Cæterum in exemplis placuit latitudinum lineas transierit, fas deinceps omittere, solosq; numeros illius latitudinis indices inscribere, notatis tamē loci s omnibus punctulis appositis, quod quidem ideo putavi faciendum, ut odium crebritatis in lineationibus vitaremus. Membra ergo talis muliebris corporis ad talem commensurationem formabis.


Inter sinaput et summos humeros esto vna decima et duæ vigesima tertie  
Atq; hoc item et inter iugula duæ .11  
Atq; hoc etiā inter et summū menti vna 7  
Inter mentum et verticem vna 8  
Inter mentum sursum et summam frontem vna 10  
Quam quidem decimam diuides in partes æquales tris quarum summa habeat frontem, media nasum, oculos / aures, una buccam et mentum  
Cæterum sub mento carnosum quasi palcat circum duces  
Inter iugula et lumbos vna 5  
Inter iugula et vsq; infra mamas vna 7  
Inter iugula et papillas vna .9  
Hæc q; ipsa inter et arillas vna 15  
Hæc q; item inter et pectus vna 28  
Hoc loco obseruabis alarū posteriores partes id est quæ a tergo sunt demissiores esse prioribus  
Inter lumbos et vmbilicum vna 22  
Inter lumbos et coxendices siue summum femur vna 9  
Eosdem inter et imam aluum vna 8  
Inter eosdem item et imam pubem duæ 11  
Item inter eosdē et extremas nates vna 5  
Inter plantam et conuexitatem pedis vna 20  
Eam ipsam inter et talum exteriorē vna 28  
Inter anum talum et medium genu duæ 9  
De hac facies hæc, quo modo fieri per æquatore m solere ostendimus. Tum quidem genu paulo quam prius stabit inferi, sed tu sequare veramlibet rationem licet.  
Inter medium genu et imam surā vna 8  
Cæterum calesce longos facies vnam 6  
Deinceps longitudinem brachij a summo humero vsq; ad cubitum erientes duab; 11  
A cubito vsq; ad extremos digitos vna 4  
Inde vero retro vsq; ad manus incuruā vna 10  
Atq; ita designata mēbrorum altitudine, consequenter latitudinem notabis. Et quidem primum obliqui corporis hoc modo Caput obliquum per verticem addensabis vna 9  
Cum verticem vel quam aliam partem nominino in exemplis fac ad illarum puncta respicias ita res tibi erit placita  
Per frontem vna 14 et 15  
Per supercilia similiter vna 14 et vna 15  
Per nasum vna 8  
Per mentum et ceruicem vna 12  
Per iugula esto latitudo vnius 10  
Per pectus id est supra mastas vnius. 7  
Per arillas duarum 13  
Per papillas vnius 12 et vnius 13  
Per imas mamas vnius 7  
Per lumbos id est infra costas vbi præcinq; vnius similiter 7  
Per vmbilicum vnius 10 et vna 11  
Per coxendices vnius 8 et 10  
Ipsū statim sub natib; femur vnam 7. latum sit  
Supra genu latitudo esto duarum 19  
Per medium genu vna 12  
Infra genu similiter 12 vna  
Per mediam suram vna 20 et vna 22  
Per imam suram vna 12  
Per imam tibiam vna 18  
Ac deinceps brachij latitudinē ita notabis  
Per humeros ut sit vna 11  
Per musculos vna 12  
Per neruum cubiti vna 20

Per musculos cubiti vna 7  
Per iuncturam manus vna 34  
Per ipsam dependentem manum vna 27  
Posita similiter latitudinem muliebris ad  
uerse forme ita facies  
Caput p verticem latum vnam 18 et vnā 19  
Per frontem vnam 15 et 16  
Per supercilia vnam 9  
Per aures vnam 8  
Per nasum vnam 10  
Per gulam sub mento vnam 12  
Per lagula vnam 5  
Vbi subsunt humeri ossa siue acetabula  
inter se distantia duas 11  
Per pectus quatuor 15  
Per summam mammam intra alas vnā 6  
Infra papillas vnam 8  
Per intas mammam vnam 10 et 11  
Per lumbos id est infra costas vbi precin-  
tunt vnam 5  
Per umbilicum vna 4  
Per summum humerum vnam 7 et vnam 8  
Atq; ibidē intra coyendicos facies duas 11  
Per femur iuxta imam pubem vnam 15  
et 16  
Supra genu duas 21


Per medium genu duas 25  
Per mediam suram vnā 22 et vnam 24  
Per imam suram vnam 14  
Per imam tibiam vnam 26  
Per talos vnam 25  
Ipsam pedem p digitos dilatabis vna 16  
Et calcaneum vna 28  
Jam auersam muliebrē effigiem per qui-  
dem scapulas id est intra alas latam faci-  
es vnam . 5. in podice fissura obtinebit  
spatium vnius 6  
Verum brachium aduersum per humeri  
musculos addensabis vna 16  
Per nerum cubiti vna 19  
Per musculos cubiti vna 15  
Per iuncturam manus vna 27  
Ipsam palmam vna 16  
Atq; ita commensuratis omnibus partib;  
corporis formam aptam ac conuenientem  
delineabis ac inscribes Ita vt in exemplo  
a nobis factitatum videre potes diligenter  
erypsiss omnibus flexibus et congruis duc-  
tibus delineationum pro loco vbiq; suo.  
Sicq; confecta etiam muliebrē effigie exem-  
plum similiter notabis veluti supra vt vers-  
bi causa, A. Y.



Altitudines membrorum Muliebrum.



Incipit summum  
 Vertex  
 Frons  
 Supercilia  
 Nasus  
 Mentum  
 Summitus humeri  
 Iuguli  
 Pectus  
 Uter  
 Mamæ  
 Infra mammas  
 Lumbi ubi incant  
 gunt  
 Umbilicus  
 Coccydices  
 Ima alius  
 Ima pubes  
 Extremitates nates  
 Supra genu  
 Medium genu  
 Infra genu  
 Immun suræ exte  
 rioris  
 Mons pedis  
 Immun tali  
 Planta





Sequitur commensuratio membrorum virilis corporis, cuius altitudinis caput sit partis octauæ. Vbi simili via procedes, ita vt altitudinem membrorum infinitas isto modo.

Inter sinciput et iugula erit spacium vnius 6.

Inter sinciput et mentum inum vna 8

Inter inum mentum et summā frontem vna 10

Per hanc decimam faciem in tres partes diuides vt supra est ostensum.

Inter sinciput et lumbos vbi precingimur vna 3

Inter iugula et alas vna 14. ceterum a tergo alæ sunt demissiores

Inter iugula et mammas vna 10

Inter sinciput et vbi in pedes corpus finit diat vna 2

Inter lumbos et umbilicum vna 29

Inter lumbos et sinus coxarum vna 18

Inter eosdem et coxendices vna 20. et vna 18

Inter item illos et pubem duæ 13

Inter eas eosdem et extremas nates vna 10 et 11

Inter extremas nates et inum scrotum vna 40

Indeq; etiā usq; ad mediū femur vna 15

Inter plantā et exteriorem talum vna 27

Inter talum et vbi pes conuectus fieri incipit vna 21

Interq; eundem et mediū genu vna 4

In genu etiā constituendo superius demonstratam per æquatorem rationem sequi poteris

Inter mediū genu et supra genu vna 30

Inter mediū genu et infra genu vna 30 atq; his partib; genu includetur.

Inter mediū genu et inum suræ exteriōris vna 9

Inter mediū genu et inum suræ interio- ris 15 et 16

Atq; ita ad brachium transibis.

A summo humero ad cubitum usq; vna 5

A cubito usq; ad extremos digitos vna 4

Ab extremis digitis ad iuncturam manus vna 10

Deinceps obliquæ formæ latitudinem ag- grediere hoc modo.

Per verticem latam caput facies vna 10

Per supercilia facies vna 8

Per nasum vna 9

Per mentum et collum vna 10

Ipsium vero infra mentum collū vna 16 et paulo inferius vna 14

Corpus per iugula vna 12

Per pecus vna 7

Per mammas vna 7

Infra mammas vna 14 et 15

Per lumbos vna 16 et 17

Per umbilicum vna 17 et 18

Per sinus coxarum vna 8

Per coxendices vna 7

Per pubem seu nates et femur duab; 15 ipsum sub natib; femur in vna 9 adden- sabis.

Per mediū femur vna 19 et 20

Supra genu vna 14

Per mediū genu vna 15

Infra genu vna 16

Per mediam suram vna 13

Per inam suram vna 17

Supra montem pedis vna 24

Ipsium calcem in vnam 6 produces.

Deinceps obliquū brachium sic dilatabis

Per humerum vna 13

Infra alas vna 17

Per nexum cubiti vna 24

Per musculos cubiti 22

Per manus iuncturam vna 10

Per ipsam ita manū pendentem vna 34

Post hæc aduersæ formæ latitudinem no- tabis. isto modo.



Caput per frontem dilatabis vna 9

Per supercilia vna 10


Per aures duabus 17

Ita igitur distinctis his omnibus lineis ut est præceptum, deinceps forma imaginis sua cuiusq; inscribatur. Quod nos in præscriptis linearum exemplis ob caræ paritatem facere non potuimus. Sed fecimus per æqualia et congruentia altitudinis spacia in sequentibus, conseruatis debitis commensurationibus singulorum, hæc via et ratione quæ cyponetur, qua in omnibus volentes mutationibus utantur licet bit. Figura autem efficit ad lineam. f. g. erit gracilior et contractior, ad lineam autem d. e. crassior et distensior. Nec minus usus erit huius variationis in illis gracilitatis ac crassitudinis, et contractionis ac distensionis modis, q̄z in his proliratis ac breuitatis. Non autem est ab re et in consentaneum, cunctas imagines quasi æquali in exemplis altitudine describi hoc est, ut vnus altitudo tantum caræ occupet quantum alterius, q̄z tamuis staturæ dissimiles sint. Ita enim in comparatione omnia illustriora et magis euidencia futura sunt. Hac eadem ratione poterit aliquis et in separatis partibus imaginum vti, sic vti aliquid illarum variet, aliquid non variet. Et ut, ac quidem quicquid vni detrahatur, alteri adijciatur necesse est. Idem intelligendum de singulis etiam in imaginis altitudine transfuersis lineis. Et iuxta has attenuationis aut distensionis, itemq; contractionis aut distensionis. Quoties enim iuxta vniam propositam et principalem lineam in Variante hinc atq; illinc alias duas statueris, declaratur omnibus in locis permutatio conueniens, illinc in proliritate hinc in breuitate. Sed nunc deinceps, quo quisq; modo officinam suam hoc triangulo instruere illoq; si res p̄scat vti possit ostendam.


Principio ducatur linea transfuersa de puncto. a. in punctum. b. quæ certo loco fixa sit. Et huius puncto. a. producetura alia. a. c. quæ quidem fixa sit illo in puncto. a. sed ab altero puncto. c. mobilis, ita ut cum transfuersa. a. b. in eodem loco iungatur, ab puncto vero. c. remoueat propius aut longius. Neq; quisq; suspicatus sit me nunc sic de lineis ac punctis loqui, quemadmodum Geometræ consuevere, quibus hæc omnia cogitatione modo complectenda proponuntur. Nos enim nunc manuum operibus consilimus. Sed nihilo tamen minus, q̄zuis exprimi hæc omnia velimus, debent ipsa ad illorum quæ indiuidua et vnica sola mente intelliguntur, exactam et inuariabilem certitudinem referri. Sed eorum quæ diximus talis usus erit. In tabella huic rei comparatæ transfuersam lineam. a. b. inscribes, et in puncto. a. acutum seu clauiculum firmiter affiges, huic annexes filum æquabile et validiusculum ut fericum, illudq; intendes in altero puncto. c. quod repræsentet illam ab eodem puncto. c. mobilem lineam. Post hæc impones perpendiculararem. d. e. in mediam transfuersam a. b. His ad hunc modum præparatis scito in linea perpendicularari. d. e. statuentam propositam partem quam producere aut corripere velis, ita ut finiatur insidens lineæ transfuersæ. a. b. postea filum quod est pro linea. a. c. intendes, ut supra attingat summam partem constitutæ partis in linea. d. e. Deinde quantum volueris proliriores illam partem facies. Hoc pacto. Ante lineam. d. e. proliratis quæ sitæ lineam duces similiter perpendiculararem quæ supra extendo filo lineæ. a. c. infra transfuersa. a. b. definiatur. Hæc sit exempli causa. f. g. sin correptionem facere volueris propositam partem, consequeris hoc ipsum de breuitatis linea, quæ perpendiculariter et ipsa statuetur in transfuersam. a. b. post perpendiculararem. d. e. versus. a. et supra definiatur filo lineæ. a. c. Sitq; hæc, verbi gratia, h. J.


Hoc pacto tribus perpendicularibus ordine in transversam subiectam impositis, Statuetur in media d. e. propositæ et principalis longitudinis spacium, In ceteriore f. g. illud ipsum productum. In vltiore. h. i. correptum. Atq; hæc ipsa conuenienter utrumq; designat linea fili. a. c. cum ad summitatem lineæ. e. d. intenditur. Non vltius esse poteri in rebus innumerabilibus etiã vbi spacioꝝ nomina dici nõ poterunt. Vt si nõ sit nominabile quora quæq; alicuius nota longitudinis pars sit, veluti vna 2. vna. 2. 5. 6. Huius præcepti exẽplũ expressim<sup>9</sup> inferius, vt oculis etiã legentũ doctri na nostra subiceretur. Atq; huic instrumento nomen placuit indere Deligenti, quod seruat delectũ eoꝝ quæ in quaq; proposita re maiora aliquis minorave facere velit. Atq; ex his præceptis et huius Deligenti admiculo descriptæ sunt paulo post expressæ figuræ viriles gracilitatis et crassitudinis. In his variationibus animaduersendum omnia corpora in productione, addensatione, dilatatione grandescunt, partes habere distantiores et quasi vastiores, contra quæ cumq; corripiantur concurrentes magis et propinquas. Itaq; graciliores staturas aspectu etiã molliores existerent crassioribus. Hoc instrumentum quadrantis plane figuram modumq; præ se fert, quod nos et ipsum curuis lineolis designauimus.





Sed sequentium imaginum productioribus staturis sciendū adiectum esse ipsaz  
 altitudinis partem vnam 4. Etiam si quis vti hac ratione volet, is debet caput pau  
 lo argutius accomodare, quo neglecto tota figura apparebit inuenustior. Cursum  
 igitur versus mento leuato, aut supra aliquantulo de capitis summitate dempto, de  
 ligentis beneficio partes cōmensurabuntur. Nos in exemplis de summitate nihil dem  
 psimus, sed inde ad imum vsque mentum fecimus spacium duarum 15. ab summo  
 autem mento ad summam vsq; frontē vnam. 10. distributis deinceps beneficio deli  
 gentis omnibus altitudinis partibus, latitudo eī iam inducta et densitas retinetur.  
 Huiusmodi etiam capitū ipsorum exempla iuxta effigies exemplorum, appositū  
 mus. Spaciū pedis feci obtinere duas. 13. Nam exerat breuiusculus iusto, similiter  
 et monticulū pedis non nihil cōplanauimus. Exigebat etiā figure venustas vt cru  
 ra quæ ratio variationis subiecerat nūc etiam graciliora et contractiuscula describer  
 rentur. Et huius imaginis densitatis commensurata spacia minus habent spacijs  
 principalis imaginis parte vna. 5. Hæc autem omnia quomodo recte fieri posse pu  
 tarim, omnibus in partibus ac locis, diligentī et studiosa manu in exemplis deline  
 auimus, quo non verbis modo, sed re etiam ipsa instruerem legentes. De figura autē  
 correptione monere hoc est visum. In descriptione Variantis per constitutam lineam  
 principalis altitudinis a. b. duā lineas duas obliquas, quæ in medio lineæ a. b. se  
 inuicem scinderent, Exigitur productæ a linea prolixitatis f. g. supra et infra, atting  
 unt lineas c. f. et c. g. atq; ex huius attingentiæ punctis ducta est decurtationis linea  
 d. e. Cuius decurtationis figura si ad principalem altitudinem effingatur admodum  
 crassifecit, sicut hoc Deligentis instrumento efficitur. Capitis tamen et altitudo et la  
 titudo ac densitas minuenda est, siquidem ad humanum modum respondere volu  
 mus. Pedis autem spacium vnam. 6. obtinebit. Horum et ipsorum subiectū exem  
 pla, De quibus itemq; nostra doctrina facere quisq; poterit quod libuerit, seu produ  
 ctiora siue correptiona placuerint.











De differentia profilitatis et breuitatis visum est, nunc quoque tractare supra in libro primo descriptum caput in cubico quadrilatero per transversas et perpendicularas res discretum lineas. Hoc est, si illud intelligatur in cubo, quia ratione huc extendi, hoc est altius depressione reddi, nec non cognosci possit, quid accedente altitudine latitudinis debeat spatium, et illa decedente, quid his accedat. Hæc communiter voce *magis* dicitur. Nos distinguimus, docendi causa, ob longo et prominente.

De his talis est doctrina. Proponatur cubus quadratus, id est, æquilaterum quadrangulum solidum concipiatur animo, huius enim cubi propria est appellatio. Sed altitudo est spatium altitudinis supra in primo libro descripti capitis, quod caput principale nominamus. De cubo autem prius scorsum non nihil explicandum quam ad descriptionem capitis perueniatur. Est autem positum in vniuersulisque arbitrio, quantum attollere ac deprimere quantumque producere illum velit.

Secundum cubum nominari omne hoc est populi ad triangulum ab auctore.




Principio propositi cubi recti lateris primorem lineam notabit infra littera. a. supra. b. hanc ipsam lineam quantum libebit attolles, quodque id altius factum fuerit insignis notis. a. c. postea lineam. a. c. transversam collocabis, et impones in illa perpendiculariter a. b. ita ut norma hac constitutione lineam describatur, et angulum. a. c. terminat, mox de puncto. a. retrosum produces lineam. a. c. cuius productionis terminalis punctus sit. d. Ita in transversa. d. a. c. imposita perpendicularis. a. b. ad rectos utrinque angulos apparebit. Cum obliqua linea supra triangulum concludes. Postea gnomoni seu centri siue lignei modo ne fallaris, vnum latus accommoda ad obliquam lineam. b. c. ita ut angulus gnomonis attingat punctum. b. deinde normalem lineam ex angulo gnomonis deducto, quam vbi videris ad normam ut dixi deductam scindere transversam. d. a. c. ibi notam ponito. e. Quibus perfectis iam reuertam scito convenientem, id est, *transversam* lineam ad lineam. a. b. et lineam. a. c. Ea est linea. a. e. Sed deinceps exquirenda linea est inter. a. b. et. a. c. hoc pacto. Ambas lineas. a. b. et. a. c. coniunge ut vnam transversam describere videantur. Ea sit. e. a. b. Deinde constituat perpendicularis lateri vnam lineam in punctum. a. et insige circum pedem in mediam lineam. e. a. b. et alterum pedem colloca ad punctum. e. atque inde circumage vsque ad punctum. b. ut semicirculus describatur. Cuius circumferentia vbi fecerit perpendiculariter in punctum a demissam lineam, ibidem appone notam. f. hoc erit spatium laterum latitudinis cubi qui principalis altitudinem excesserit, qui excessus designatus sit linea. a. c.

Similiter facies compressurus principalem cubum ut prominentiusculus fiat, nisi quod erunt omnia a prioribus diuersa. Ut enim supra elatio fuit facta cubi altitudo ita fiet nunc humilior. Ut. a. b. describat iam lineam decurtationis. Sed latitudinem ita inuenies. Latus. a. b. accomodetur ad transversam decurtationis lineam. a. c. normaliter. Postea ultra punctum. a. deducatur retrosum linea. a. quæ deductio finiatur puncto. d. Mox obliqua etiam trahatur. b. c. Et postremo gnomonem vno latere sui appone ad hanc ipsam obliquam. b. c. ita ut angulus normalis attingat punctum. b. Et lineam inde normalem deduc in transversam. d. a. c. Quam vbi hanc scindere videris, ibidem statue punctum. e. Ita prior inuenta erit convenientiæ linea,




inter duas. a. b. et. a. c. eaq; esto. a. e. Sed alteram conuenientie lineam ita exquires. Duas lineas. a. b. et. a. c. coniunge ita ut vnā transfueris. a. e. b. facere videantur. postea in punctum. a. perpendicularē immites. Et pedem vnum circū figes in mediam lineam. e. a. b. et altero pede ex puncto. e. semicirculū de. e. ibes. Et huius circumferentiā ubi cernes transcurrere perpendicularē impositā in punctum a. ibidem ascribitō notā. f. Erig; hęc ipsa linea longitudo prominentie compressi cubi, cuius altitudo proposita fuit linea. a. c. Quorum omnium figurę singulatim, necnon delineationes omnium partium capitū in suo quoq; cubo expressę subiectę sunt.


Sciendum in aduersa facie capitis effingenda, detrahendam latitudinis sicē vnā. 7. pro eo ac commensuratio erigit. Vel licet sane sic facias. Proponē latitudinem cubi prominētis ac compressi octies. Et diuide per decem æqualia spacia. Erig; hęc decem spaciōrum vnū latitudo aduersę faciei, ad quod contrahetur quadratura cubi, vnde oblongus et prominens factus fuit. Atq; ita forme lineas ad muniturā lo Deligentis distribuēs. Quam rationem sequeris per variationes in toto corpore.





**Cubus oblongus,  
id est, status.**




Linea prolixitatis. a. c.




Linea decurtatio  
tionis. a. c.



Cubus prominens,  
id est, compressus.






Eunt et alij cubi variationes, de quibus diuersitas in facibus capitum existit huiusmodi. Primum si superiorem cubi superficiem quadratam constituas et dilatatam, infra autem tantum detrahas de quadrata superficie, quanto superior fuerit dilatatio. Idque etiam ipsum postea inuertere poteris. Ut quanto fuerit infra cubus amplior, hoc sit supra angustior. Quibus constitutis postea linee partium inducentur auxilio Deligentis, et deinceps congruentia forma. Ita erit una facies capitis supra amplioris, infra angustioris. Altera autem supra angustioris amplioris infra. Cuius et ipsius rationis usus per totum corpus fuerit. Quemadmodum autem dirimus bifariam superficiem cubi supra et infra variatam efficere diuersas facies, Ita hinc et illinc, id est, dexteri ac sinistri lateris mutata superficies, diuersas facies reddit. Nam si prior, id est, quæ ad dextram est superficies dilatetur, posterior, id est, quæ ad sinistram contrahatur, Itemque contra, si hæc contrahatur, dilatetur illa, Et partium


lineæ itemq; forme Deligentis ad miniculo congruenter inscribantur. Erit prioris modi facies, ante quidem seu a fronte amplior, post vero seu a tergo angustior, posterioris autem modi facies, ante quidem angustior, post autem amplior. Quæ omnia in subiectis exemplis cernere licet. Sed de hac ratione poteris vel superne deminuerre, vel inferne quasi recidere quadraturâ cubi, sicut et nos hoc ipsum in exemplis effinximus.

Est et alia ratio si rhombum cubicum facias duobus angulis oppositis acutis, et alteris duobus oppositis obtusis. Hæc bisariam vsurpari poterit. Primum ut anacuti acuti ad frontem et cervicem collocentur, caput posteriore parte sui ac mentum obtusis accipientibus. Secundo si hoc inuertatur. Quorum omnium exempla habes subiecta. Sed prior facies acutam frontem, altera caput posteriore parte sui acutum exhibet. Atq; hæc facies a principali proorsus discrepant. Quicquid autem in cubo defectum fuerit id vniuersum, variato illo, mutatur, siquidem distributio partium conueniens per Deligentem seu Variantem seruata fuerit.


b h g f e d c a




a i g e d e f h b




b h g f e d c a




a i g e d e f h b






A tergo.





A fronte.




A fronte.

A tergo.





A fronte.




A tergo.

A tergo.


A fronte.






Variationes capitum supra postice ex ipsius omnes cubi variatione ducte sunt, in de principali facie mutata, omnibus partibus Deligentis ministerio conuenienter expressis. In sequentibus autē alias quoq; variationes demonstrabimus in ipsius principalis capitis cubo, Qui quidem remaneat idem et æqualis, sed partium positura diuersa, motis loco suo lineis transfuersis ac obliquis, quibus illarum altitudines designari notum est. Quod ipsum tamen et in variato cubo fieri possit. Hæc via latissime patet ad innumerabiles differentias exprimentas. Sed vt ad rem veniamus. Proponatur principalis capitis facies, Inq; illo notentur primum præcipuarum partium altitudinis transfuersæ lineæ, quæ sunt numero tres. Vna. f. quæ est summa frontis. Altera. l. quæ transcurrit supercilia et supra radit aures. Sed tertia. m. nasum desinit. Hæc igitur lineæ cum loco suo mouentur sursum deorsumue interualforum discrimina existunt, suntq; spacia altiora aut humiliora. Quicquid autem hæc motione linearum vni spacio decesserit, id ipsum accedere alteri necesse est. Isto modo attollere vel comprimere singulas partes in facie quisq; poterit. Quod autem dictum est de motione trium nominatarum, Idem et de alijs. s. r. q. p. o. intelligendum, siue ordine illarum conseruato, id est, vt *cap. de d. c.* maneat. Siue illis obliquatis, quo fit vt hinc ampliora, illinc angustiora spacia efficiantur. Secundum hanc rationem poterunt variari omnia, quæ de nonnibus prolixitatis, breuitatis, distensionis, contractionis, crassitudinis, gracilitatis diuersa intelliguntur. Singulæ autem transfuersæ lineæ trifariam loco suo moueri solent, Sursum, deorsum, oblique. Licet etiam simul vniuersas sursum deorsumue, aut dimidium harum sursum, dimidium item deorsum, fermeq; in omnes partes pro arbitrio, et transfuersas et perpendicularares moueas. Sed si quid mutatis, quod conueniens cum principali, id est, eo vnde mutatum fuit, esse volueris id Deligentis adminiculo componere debebis. Dici non potest quæ occurrant, quantq; admirabilia ijs occurrant qui in hæc rerum exquisitione cum studio et industria versentur. Pro eo autem ac faciem exprimentam proposueris, deseri beæ lineas rectas de quibus forma apta et respondens voluntati tuæ designetur. Distinguis autem antea quoq; pro motione transfuersarum interualla inæqualia existere. Vnde si propinquas illas feceris, in quibus hoc partibus acciderit eæ breuitusculæ fierent. Si distantiores, hæc fierent partes longiusculæ. Quæ ad vtriusq; modum effectæ iuxta perpendicularares in obliqua facie crassitudinis et gracilitatis discrimina afferunt.

Ced qui hæc in manus tractanda susceperit, is etiam cogitabit quid quantumq; sibi mutationis, rerum natura permittat. Horum ipsorum quæ dicta sunt tale est exemplum. Proponatur principale caput, quod libro primo, primo loco descripsimus. Huius perpendicularares linee omnes relinquuntur immotæ, Sed cum transuersis sic ages, ut tres lineas, f. l. m. distribuas intra J. n. In quatuor æqualia spacia, quibus præcipuæ partes includantur. Postea beneficio Deligentis, repones conuenienter reliquas lineas, nempe. o. l. p. q. r. s. Hæc forma mihi propter æqualitatem elegans effusa, Eamq; obliqui aduersiq; capitis subiecimus expressam.







Sed obseruandum faciem in capite alicubi longiusculâ, alicubi vero breuiusculâ esse. Quare scies si facies oris valde proliza sit, capitis testam effici compressiorem. Datur igitur in exemplo tanta altitudo in facie oris, ut linea, f. imponatur in lineam J. utq; postea Deligentis adminiculo reliquæ lineæ intra. f. n. nempe. o. l. p. q. m. r. s. conuenienter distribuantur. Videbis igitur per hanc elationem, radicis capillorum designationem excludi. Contra si faciem oris malueris breuiusculam, videbis testam altiore, et eire acutulam. Sit igitur in iuxta posito differentie exemplo. Ea breuitas in facie oris ut linea, f. stet infra. J. vna parte. 3. totius altitudinis. J. n. Utq; reliquæ lineæ. o. l. p. q. m. r. s. adminiculo Deligentis distribuantur, cernesq; effici quod in subiecto exemplo apparet.






Est et talis capitum variatio. Ut quadrilaterum cubi, principalis ante, id est, ad dextram contrahatur, post, id est, ad laeuam distendatur, ita <sup>in</sup> <sup>modum</sup> <sup>quod</sup> ut quantum vni loco decesserit tantum accedat alteri. Similis ratio est contrarij modi. Si ante distendas, post vero contrahas. Atq; in his ad hunc modum variatis quadrilateris, omnes partes conueniēter, ut fieri debet, distributa, tales facies repræsentabūt, quales in depressio, ut loquimur, fundamentis binis subieciimus.




Hoc loco etiam sciendum omnes transversas lineas, quadam certa quam paulo post explicabimus, ratione, posse dimoueri. Ita ut spacia supra fiant longius scula. Quod ipsum et inuertere liceat, et in vtralibet dimidia parte faciei, et in quibusuis transversis lineis vsurpare. Sunt autem maxime euidentes contrariæ. Ut si nunc deorsum trahas, quam prius sursum moueris vel transversam vel perpendiculari rem lineam. Nunc igitur deinceps describam aliquot capitum facies ostensurus exemplis quo modo de præceptis nostris opus eleganter effingi possit. Quo ipso confido me studia cupiditatemq; multorum excitaturum ad alia et maiora et meliora inuenienda, q̄ nos demonstrauerimus. Sed ad rem. Primum sit hoc propositum mutare vniuersas lineas ita ut nulla in parte cōgruentia remaneat. Seu frontem longam

vel breuem, seu nasum longum vel breuem, siue mentum similiter longum vel  
 breue esse volumus. Si igitur lineam transuerfam. l. multum sursum moueris ver-  
 sus lineam. f. Designabitur frontis spacium breue nasi autem longiusculum, intra  
 l.m. contra si lineam. l. deorsum moueris versus lineam. m. includet spacium. f. l. fron-  
 tem longum. Sed. l. m. nasum breuiusculum. Si relinquatur linea. l. et moueatur  
 sursum linea. m. Nasus quidem erit breuior: in spacio. l. m. sed bucca et mentum long-  
 gum. Si in linea. m. deorsum moueatur, Nasus erit longior: in spacio. l. m. bucca vero  
 et mentum astrictius. Jam fac ut distent longius inter se lineæ duæ. f. m. Ita ut. f.  
 prope. Instauratur. m. vero prope. n. Tum erit caput summum et mentum ac bucca  
 breuior: admodum autem frons et nasus longus. Fac contra ut. f. m. transuerse mi-  
 nus longe distent inter se, et cernes caput summum et mentum cum bucca longiuscu-  
 l. m. euadere, sed breuem frontem ac nasum. Rursus moueatur sursum. f. l. et erit  
 caput summum cum fronte breuius. Postea reliquis intra. l. n. lineis Diligentis ope  
 distributis erit nasus longus. Itemq; longum mentum cum bucca. Inuerte hoc  
 ipsum et habebis excessum in summo caput, frontemq; longiorem. Sed nasum bre-  
 uiozem sicut et buccam cum mento. Rursus esto elatio. f. ad. J. linea autem. m. demis-  
 sio: ad. l. quæ sit immota. His designabitur pressum supra caput, frons longa, labra  
 mentumq; mansula. Inuertatur hoc ipsum ut sit demissio: linea. f. l. et linea. m. ad  
 n. Designabiturq; supra caput arduum, frons breuis, nasus longior, bucca et men-  
 tum breuiusculum. Possem in harum rerum expositione perq; esse copiosus, sed visum  
 est breuitati studere. Hoc obseruabis, qui hæc usurpare uoles, diligenter. Quia dimo-  
 uas ad moueasq; lineas inter se, ne rerum nature effingenda vis offeratur utq;  
 facies institutæ hominum humanum retineant modum. Sed quæ diximus de lineis  
 istis tribus. f. l. m. eadem intelligi debent et de reliquis. o. p. q. r. s. Quin etiam perfectis  
 his ad eî variationis modû qui cuiq; placuit. Sic tamen ut ois lineæ <sup>propria</sup> res  
 manerent, licet in super aliquis variet propositas facies obliquandis iisdem lineis, ut  
 vel a fronte vel a tergo declinent, seu diuersæ siue aliquot harum. Præterea licet etiã  
 mutetur positus lineæ oblique quæ in principali capite una descripta fuit a radi-  
 ce capillorum ad ætinum nasum. Licet etiam mutentur transuerse particulis sur-  
 sum deorsumue, et perpendiculares iisdẽ prosum aut retrosum motis. Quod ipsum  
 et in obliquis fieri possit. Sed et post has omnes pro cuiusq; arbitrio institutas muta-  
 tiones liceat et spacia intra particulas transuersarum, ubi mutilationes factæ fue-  
 rint mouere sursum deorsum, prosum, retrosum. Hæc autem perspicue satis dici  
 nunq; possunt, quare ad exempla et opus cuiq; est accedendum.


Quia autem diu lineas mutilari, ut intelligatur quid senserim, Sic exempli caus-  
 sa proposita linea. a. b. in qua ubi unq; lubitum fuerit notetur punctum. c. Ubi quasi  
 fractæ lineæ frustula dimoueantur unum sursum, alterum deorsum. Ita erunt duæ  
 particule mutilationis in quas longitudo proposita quasi fracta fuit. Item scriban-  
 tur in proposita linea duo puncta. c. d. et rescindatur q̄tum his duobus punctis longi-  
 tudinis occupatum fuit, eaq; quasi defracta particula sursum deorsumue moueatur.  
 Exemplum subiecinus de transuersis. Sed eadem sunt de perpendiculis et obli-  
 quis etiam intelligenda, quarum similiter particule prosum aut retrosum mouean-  
 tur. Duo exemplo perfecto poteris et supra descriptas facies aspicere effectas secu-  
 dum descriptionem et sententiam nostram.




Hæc facies habet tantummodo  
 sursum elatum lineam. l.




Hæc contra eandem so-  
 lam demissam.




In hac facie sursum mota est  
 sola linea. m.




In hac eadem linea. m. sola  
 deorsum mota est.




In hac facie linea. f. elatior. m.  
 vero demissior est.




Contra in hac. m. elat' os,  
 f. vero demissior.




Hæc facies habet duas lineas  
f.l. valde claras, sed. m. n. me-  
dio. l. n. ponitur.




Hæc vero admodum demissam  
faciem habet. l. et. m. sed. f. fiat in  
medio. 3. l.





In hac facie est. f. et. m. sur-  
sum mota.



In hac contra. f. et. m. mota  
deorsum.




Sunt præter dictas motiones harum trium linearum. f. l. m. et hæc duæ prior, ut  
summan spaciū intra. 3. f. sit altissimum, proximum autem intra. f. l. minus  
altum, minus etiam sequens intra. l. m. minime vero finum intra. m. n. In altis-  
sima hæc: mac: tūtur sed conuenienter, ut subiectis exemplis declaratur.




Maxime autem existunt varietates si lineæ rectæ *περὶ ἀλλοι* cum transuerſe  
 tum perpendicularares mutilentur obliquentur. Quare ubi vsus poſcet hæc quæ di-  
 ſimus mutilata et obliqua diligenter conſiderabuntur, quæ vt intelligi melius poſ-  
 ſint. Erponemus ſententiam noſtram exemplo obliquationis. Nam transuerſe ſine  
 gulæ hinc vel illinc attolli demittitue poterunt, et perpendicularares ſupra vel infra pro-  
 moueri retrahiue. Sed nondum rectæ tamen eſſe illos deſerunt, Quare poſcente re-  
 tum inſuper et curuabuntur in ſuſum deoſumue, proſum aut retroſum ſeros ar-  
 cus. Nec non et in alternantes illas et quaſi reptiles curuaturas, mutilatione ne ipſa  
 quidem præterita. Demonſtrems hæc in frontis et ſuperciliorum linea. Nam et illa  
 hinc vel illinc attolli demittitue poterit. Et hæc quanta eſt intra perpendicularares de-  
 fringi et ſuſum deoſumue moueri. Etiam ipſa in medio mutilari, atq; ita ſuſum  
 deoſumue ſecti in ipſius mutilationis loco, pro re enim nata oculum torquere in eſſi-  
 catione ſuſum deoſumue licet. Sed et angulorum linea quæta fuerit deſringi, et hinc  
 attolli illinc demitti ſolet, vt obliqua fiat. Sicut videmus in horariolis, quæ compa-  
 ſa vocant ſingulam a linea meridiana oblique diſcedere, atq; hac ratione anguli in-  
 teriores ceterioresue proſundi magis minusue efficiuntur. Frangatur naſi linea, ita  
 narium eminentiæ attollentur demittenturue, quod ipſum debet et de bucca intelligi,  
 et maxillis poſteriore parte ſui ſuſum deoſumue motis. Eſt etiam admodum diuer-  
 ſum in facieb. obliquis collum propius ad mouere ad mentum, aut longiuſcule retro  
 abductum obliquare. Quarum ille quaſi humiles terram ſpectare, hæc ſublime et re-  
 ctum intueri videntur. Super eſt aurium locus qui et ipſe ſimiliter moueri poterit, ſuſ-  
 ſum deoſum proſum retroſum. Itemq; obliquari in veramq; partem pro cuiuſ-  
 uis arbitrio. Hunc etiam ipſum locum ampliuſculum, anguſtiorum, breuiorem, lon-  
 giorum, diſtenſiorum, contractionem, facere licebit. Eſt enim in humanis facieb. cer-  
 nere alicubi aures quaſi complanatas ad tempora alicubi erectas et eminentes. Ex  
 his arbitro: facile ſtudioſos lectores perſpecturos ſententiam noſtram de mutationibus  
 rerum propoſitarum, Nam cum viderint quibus rationibus recta et perpendiculararia  
 curuari obliquariue ac inæqualia fieri poſſint, ſine labore magno inuenient, et altitu-  
 dinum decurtationes. Et craſſa quomodo gracilia faciant, et recta inſlectant. In mu-  
 tatas autem lineas ſicut oſtendimus, quis non intelligit, ſi forma deinceps deſcribas-  
 tur, quanta diuerſitas futura ſit inter hanc et illam vnde hæc fuerit mutata? Inter  
 hæc faciat quiſq; vt diligenter meminerit discriminum ſupra et initio memoratorū,  
 ex quibus animaduertet triplicem maxime diuerſitatem aſpectuum in obliqua facie.  
 Vnã rectã. Alterã procuruã et obliquatã ſeu fornicatã, vt ſint omnia tanq; in lepuruſ-  
 ſi ore quaſi proiecta. Tertiam incuruã, id eſt, lacunatã ſiue repandã. Sed hæc procur-  
 uationes et incuruationes nõ modo curuis ſed etiã rectis lineis deſignari poterunt, nec  
 integris modo verum etiam mutilatis. Quæ tota ratio verſatur in additione et de-  
 tractione. Et hæc triplicis modi diuerſitas, vt dictum eſt, ad infinitas mutationes fa-  
 ciet. Nam ipſas has facies aut argutius et acutiuſcule, aut contra ſpiffius et planiuſ-  
 ſcule eſſingi poterunt. Hæc autem discrimina triplicis modi ſubicctis exemplis propo-  
 ſuimus.


Recta facies.



Orbicularis seu foveata.




Lacumata siue repanda.




Sunt proeterea duae differentiæ obliquæ faciei quæ sic quasi in Rhombi figura designantur ut relinquatur transversa unaq; supra et infra <sup>procedendo</sup> se duo recta latera obliquantur <sup>mutuam</sup> tamen et ipsa. Ita ut in comparatione laterum obliquorum linearum supra concurrant infra discedant. Ita erit in priore a fronte angulus supra acutus infra obtusus, cui a tergo respondeat supra obtusus, ut infra acuto acutus. In altera erunt hæc inversa. Duo factio debent de transversis omnes partes distribui. Sed tamen non quadrabunt ad perpendicularum demissæ per transversas lineas. Verum obliquæ omnes eriscent. In prioreq; facie proniusculam formam in altera supinulam lineamentis inductis expriment. Sicut in subiectis exemplis apparet.

Facies prona.



Facies resupinata.










In his sic quemadmodum ostendimus mutatis faciebus, non secus atq; de superioribus tradidimus. Transuersæ omnes et per eas perpendiculariter aut oblique ductæ lineæ rectæ poterunt moueri locis suis. Sed et de motionibus earum linearum, quæ per transuersas perpendiculariter oblique ductæ, partium in latum et densum spacia demonstrant, nunc quoq; deinceps explicandum restat. Nam cum in proposito quadrilatero faciei aduersæ latus prius erectum. a. posterius. b. literæ nota insignitum. Interq; hæc distributio partium per lineas ser harum literarum notis c. d. e. f. g. h. in septem æqualia spacia collata fuerit, pro vniuscuiusq; arbitrio poterit et hæc lineæ protrudi aut retrudi vel omnes vel aliquot, poterunt et ipsis inclusa singulis spaciis profus moueri retrosumme. Atq; ita existunt variationes latitudinum et densitatum, ut facies crassior, gracilior, distensior, contractione appareat, quemadmodum de transuersis longiores et breuiores partes fiebant, Itaq; similiter et hæc in rationem incidit addendi et demendi modus. Sed sciendum, quicquid de rectis et perpendicularibus præcipitur idem et de curuis et obliquis lineis accipi debere. Atq; hæc requirunt attentionem non mediocrem. Velut, hinc enim ordiemur, de frontis circumductione et prokursu quicquid demitur, nasi prominentiæ adijciendum. Eas dem criti et inuersionis ratio. Sed hæc designari licebat per lineas curuas et arcuum huc et illuc comibus versis, itemq; per rectas mutilatas. Atq; ita omnibus partibus facere poteris in facie obliqua. Unde apparet in mutatione figuræ contraria semper concurrere. Et cum vnâ partem protruseris aliquam, alteram propinquam supra aut infra retrudi necesse sit. Deq; hoc efficiuntur discrimina partium ad crassitatem distensionemue, gracilitatem vel contractionem. Nam vero variatis partibus in facie, ut in toto per transuersas lineas duent perpendicularibus aut obliquis. Nō ignorandū vsum esse in singulis partibus etiā minutissimis nō secus ac in tota facie horū discrimina qua de tota facie supra exposuimus. Accedat illa esse aut orbiculari aut lacunatam. Ut exempli causa si frontē rectā, id est, planā orbiculatamue aut lacunatā esse velis. Aut nasum, labra, buccam, mentum, similiterq; omnes partes alias. Et eundem etiam lineam qua capitis obliqui rotunditas designatur vario modo duci posse. Apparet enim in hominum figuris vnius caput planiusculum, alterius acutius, alicuius etiam quasi scroposum. Atq; omnino in tanto naturæ studio diuersa facienda omnia, infinita sunt varietatis etiam istius modi. Dicamus deinceps de obliqua linea, quam nasi designandi causa duci ostendimus. Ea poterit supra reclinari ad lineam perpendiculararem. d. Ut dicitur *de vultu*, inde sit ad transuersam. m. Poterit et erectiuscula duci ex medio. a. c. poterit et proclinari supra ad perpendiculararem. a. In huiusmodi conuenientiam maxime probō, quæ venustatē complectitur, cum quasi aliena et prærupta omnia inuistata et admirabilia videantur. Ita licet, exempli gratia, Dicamus non esse venustam faciem cum elato aut presso vertice, quarum illa caput habet acutus, hæc planiusculum. Relinquitur itaque in medio conueniens rotunditatis caput, quale venustum esse omnes sentiunt. Quod ut dixi, exempli gratia nostræ doctrinæ a nobis est positum, non probationis, media omnia esse optima. Sed, ut nunc hoc recte dicatur. Ut autem in tota facie est inuenustum prolixam illam esse nimis aut minus curuā. Ita de partibus multa est deformitatis discrimina colligere. Veluti frontem esse longiorem, breuiorē, sinuosam, aut quasi scopulosam. Nam nasomibus istis videntur esse longos, nodosos, propendulos nasos.

Contra alij nasci sunt breuibus, intortis, sinis, crispis, glomeratis, supraq; depressis alij, alij extantibus. At oculi alijs paruuli et quasi delitescentes, alijs sunt magni et exerti. Aliqui semi apertis quasi suillum obtinentur, conuenientque magis superiore q̄ inferiore palpebra. Aliqui latissime penitus patentibus oculis aspiciunt. Sunt et quibusdam alta, quibusdam quasi incumbentia palpebris, non etiam nullis propendula supercilia, quæ et ipsa tenuia alijs, alijs densa insunt. Sed labronibus crassa, carnosâ, grandia, glomerata labra sunt. In alijs arguta et gracilia. Aliquibus superius labrum elatius est inferiore, aliquibus contra hoc illo, crassius est etiam sæpe vnum altero. Sæpe intra nasum et labrum altiusculum spacium, alicubi hic in labrum insidere videtur. Præterea est vbi mentum obtusum magnumq; sit, Est contra vbi acutum et paruum. Est et alicubi mentum a collo longius distans. Est et quasi ad collum attritum, alicubi prolixum, alicubi curuum. Quæ suis lineis transuersis, vt indicatum est, designantur. Sunt etiam nonnullæ facies ad scalarum modum inæquales, idq; bifariam, Nam aut supra prominent maxime. Infraq; magis ac magis retrahuntur. Aut inferne prominentes gradatim sursum scandendo recedunt. Hæc mutilatis lineis designantur. De quibus quamuis multa tradi possent, quo pacto etiam in minimis partibus vsurpari possint, Sed hæc tamen ipsa studiosi experiendo facile inuenient.

Hoc loco sciendum permitti vnicuiq; plures facere numero q̄ nos fecerimus, aut etiam pauciores lineas transfuersas perpendicularares et obliquas. Siue maioris certitudinis, seu vitandi laboris causa. Permittitur etiam rectas lineas, si res poscere videretur, vnicuiq; curare pro arbitrio suo. Quæ omnia quo melius et rectius qua de sententia animi mei præscripta sint, intelligi possit, subijcere placuit varia exempla figurarum de quibus memorauimus. Harum diuersitates designatas apparet multis perpendiculis transfuersis, obliquis, mutilis lineis nonnullis et curuis, ad quas postmodo congruentia formæ expressa fuerit. Hæc multum proderint ijs qui absq; exemplo scripturam nostram non facile potuissent intelligere. Sed variationis huius infinita est ratio. Nam et vnus forma transferri in alteram, et miseri omnium a prima ad vltimam poterunt, omninoq; difficile dictu est quid his in rebus licentiae concedatur operi, quod quidem ipsum debet in frequentibus mutationibus versari. Sic aut et nos in exemplis omnes perpendiculares et transfuersas temere dimouimus. Itemq; easdẽ obliquauimus plane vt libido tulit audacissime. Tum deinde formam expressimus congruam vnde quid exierit licet inuicere. Sed non obliuiscendum, si quid oblique faciei de densitate detrahatur, id adijci latitudini aduersæ. Et contra. Nisi si quid adijciatur, huic detrahi oportere. Non autem ignorandum has varietates magis seruire discriminiibus q̄ venustati formæ. Quas plurimas designare vsus causa admodum profuerit. Neq; adeo venusta forma per se, et absq; comparatione ad inuenustam cognosci queat. Qui igitur sciet quid deceat, idem et quid deforme sit sciat necesse est.









bh gf ed c a

i  
e  
o  
l  
p  
q  
m  
r  
f  
n



1 2 3 4



Restat ut de aduersarum facierum mutatione, deq; illarum varietatibus dicamus. Sed quia de omnibus obliquis faciebus in aduersas, traducendi transfuersas lineas vna ratio est, beneficij nimirum transferentis. Ideo de varietatibus transfuersarum nunc quidem verba facere superuacaneum fuerit. Tantum hoc monebo transfuersas et in aduersa facie obliquari posse, vel omnes vel aliquot. Nam ita facies distorquentur similiter ut cum totius cubi vnum latus demittitur alterum attollitur. Pergamus igitur ad tractationem perpendicularium, quæ cum intra latera a. b. his notentur literis de doctrina nostra. J. g. c. d. e. f. h. k. Et præcipuas in facie partes designent, ut frontem, oculos, nasum, aures, buccam, mentum. Sciendum harum singulas aut aliquot simul, aut etiam vniuersas moueri locis suis posse. Ita quoslonaius inter se distabunt, eo erit partium latitudo maior: quo aberunt propius, eo erit illa minor. Sed et sic describuntur supra uti quasi concurrant, infra discedere a se videantur, aut contra.

Describuntur et flexæ. Tum desinunt perpendiculariter cadere, sed aut oblique aut curuæ sunt. De hac ratione in forma expressa cernes frontem distendi aut contrahi, oculorum inter angulos vastula aut angustia spaciola, interq; eosdem maiuscula aut minuscula intervalia. Poterunt et inæqualiter magnitudine et loco designari oculi, palpebræ, supercilia, Cernes et nasum hic distendi illic contrahi, supra inq; vel infra Eundem et rectum et incuruam, glomeratum aut acutum, teretem aut nodosum, qua parte nares subsunt angustior:em naribus ipsis amplis. Vel contra supra nares distensior:em, naribus ipsis contractis. Idem licet dicamus de distensione aut contractione buccæ, menti, maxillarum. Idem et de singulis partibus quæ supra cõtrahantur, infra distendantur aut contra. Hac via inæqualis distributionis efficiuntur gibbosæ aut distortæ et aliæ multis modis facies, Veluti aut angusto aut spatio ore. Curuis, crassis, paruis, magnis labris, aut etiam inæqualibus. Maxillis distentis, contractis, acutis, obtusis, apparente iunctura aut minus. Hæc omnia et huiusmodi diuersitates studiosus et experientis lector debet enucleare, Unde multa admirabilia poterit eruere, quæ sub his latent. Hoc vero certo nihil est certius. Intelligentes deformitatis et turpitudinis facile perspicere, quid sibi in opere ad venustatem insititum vitandum sit. Duo quis autem longius a prauitate recesserit, hoc propius ad pulchritudinem accedat necesse est. Cui hæc erunt manifesta. Is quid a quo et qua ratione differat facile et plane intelliget. Idq; non solum in picuris, sed illis etiam operibus quæ celo et scalpello elaborantur accideret necesse est. Duce qui tentari hæc ratio ne ignorata, quamuis aliquid concordans et æ quale expresserit, tamen id fortuito non et arte effectum constat.

Sed ad propositum reuertamur. Aliter apparet facies imposta collo proceræ et gracili, aliter breui et crasso. Præterea animaduertenda lineamenta oris, quæ alicubi sunt grandia et plena oculis, naso, mento, alicubi tenuia et pressula. Facies etiam aliter apparent. Si capillatum sit aut rasum caput, capillo crispo aut recto, denso aut tenui, promisso, tonso, cincinato, laxo humido, steco. Si barbatum sit os aut imberbe. Neq; barba eadem quæ de capillo dirimus intelligenda, Horum nonnihil exemplis subiectis declarauimus. Cæterum virilis et muliebris capitis mutandi ratio eadem est, quantum custodiri debet, ut sui sexus naturam verumq; referat. Talibus etiam mutationibus percurri totum corpus poterit, et illius omnes partes perquiri. Sed quod monui, videndū ne virilis ac muliebris sexus confundatur. Neq; etiam ita mutabitur effigies viri, ut quasi virilitas ipsa effeminetur, neq; muliebris, ut ex illo genere imago in virile transeat, absq; enim etiam hoc latissima est mutationum via.

Cum autem omnes animantes in suo genere similes inter se reperiantur. Exus tamen discrimen sere euidens est, ut in hominum genere et bestiarum. Præterea dansda opera, ut hæc etiam sexus discrimina in imaginibus hominum humanum modum retineant. Sicut et omnes bestias nature sue quendam modum retinere videmus. Nunq; enim Leo ita dissimilis est aliorum leonum, ut asinum referat, Neq; vulpula, ut lupus esse videatur, Quare ubiq; generis et nature proprietas conseruanda.

Quid autem dicunt? qui sic loquuntur, ut inquam leoninam aliquem tueri aut  
 vestium, Lupum esse vel vulpeculam, vel canem. Cum non certe quadrupedem esse  
 sentiant. Neq; etiam simili corpore, aut membris similibus esse aiunt. Sed ita nos  
 tant animorum quandam similitudinem. Dum significant sic se illos gerere ut ceru  
 torum animalium naturas ingenijs suis referant. Quod ipsum ad membrorum stas  
 tum minime pertinet, neq; permisceri hæc debent. Non autem negari potest quin ho  
 minum maxima sit inter ipsos dissimilitudo. Sed tamen ita ut generis similitudo  
 sibi constet. Idipsum in canum etiam genere apparet. Alij enim grandes, alij parui  
 sunt, et secerentis discriminibus inter se differentes, glabri, pilosi, diuersoꝝ colorum.  
 Sed non ita tamen dissimiles inter se sunt generis ut similitudinem amittant, vniue  
 vulpes aut lupi esse videantur. Ex his patet mutationes et varietates rerum non  
 statim etiam naturas illarum euertere neq; confundere, itaq; facile est canis figu  
 ram a feræ bestie figura intemescere. De qua differentia, ne iusto sim verbos  
 stor disputandi sinem faciam. Sed redeo ad illa quæ initio monui, vndeq; hæc  
 sunt nata vitandam confusionem sexus, et in muliere virilitatem formæ, in viro mu  
 liebritatem.


aig e d

e f hfb


aigc

d e


fhfb



aigc d e fhfb




aig e d e f hfb



i  
f  
o  
l  
p  
q  
m  
r  
f  
n

i  
f  
o  
l  
p  
q  
m  
r  
f  
n




Nunc deinceps monstrabo aliam viam ad mensuram nouam propositæ imagi-  
nis. Si quis facere crassiorē graciliorēue, distensiorē vel contractionē voluerit.  
Hæc duabus lineis continetur, quibus mutatio efficitur, quomodo supra de lon-  
gitudine et breuitate ostendimus, sed aliter hocq; modo. Si propositæ imaginis altit-  
udinem habueris, ve illam quæ est eius vnde nouâ effingere volēs facurus per trans-  
uersas crassiorē aut graciliorē, distensiorē contractionēue, Jam nota igitur est  
altitudinis habitæ linea. Aliam igitur constitues ad mensuram densitatis et latitu-  
dinis. Si quidem imaginem volueris exire ampliorē, erit ea linea longior; breuior  
autem si angustiorē, quam diuides in suas præcipuas partes beneficio Varians  
tis, atq; ita mensurationes accommodabis ad mutationes imaginis propositæ. Ita  
conuenienter erunt de linea longiore omnia crassiuscula et distensiora, de breuiore  
gracilia et contracta magis. Harum linearum duum figuram inferius expressimus.  
Indidimusq; nomen Geminis, propter modum vsusq; duplicis lineæ ad vnā  
mensurationem. Hæc descriptio ita se habet. Primum Lineam statues rectam ad  
perpendicularum altitudinis notæ, quæ sit. a. b. hæc debebit omnium partium suarum  
distinctione esse insignis. Tum infra transversam ad normam adiunges, eaq; erit  
breuior; aut longior; pro arbitrio tuo sintq; huius notæ. b. c. Ita habebis trilaterum re-  
ctangulum designatum. a. b. c. Hac transversa, beneficio Variantis, aut sane diuis-  
ionis cuius ratio in primo libro explicata est, de nouo distincta conuenienter secundū  
altitudinis lineam, figura sãm erit Geminorum perfecta, qua poteris ad mensurati-  
onem omnium partium densitatis et latitudinis vri.

Geminorum etiam vsus ad mensurationem altitudinis pertinebit. Nam linea  
erecta. a. b. si proluxio: facta et beneficio Variantis de nouo distincta per altitudinem  
suam fuerit, Jam habebitur mensura longioris imaginis sed gracilioris. Vtra igitur  
cumq; harum duum linearum fuerit mutata, in mensuratione propositæ imagi-  
nis diuersitatem afferet. Et igitur volēs suâ propositæ imaginis altitudinem constare,  
sed graciliorē aut crassiorē modo fieri, Transuersa mutata pro voluntate tua  
vtere. Sin densitatem et latitudinem retinere volueris, sed longiorē aut breuiorē  
staturam facere, vteris altitudinis lineæ ad oppositum modum mutata. Ita vides  
vtrumq; latus Geminorum, rectum inq; et transversum, suas peculiaries fortiri di-  
uisiones, pro diuisionis modo exposito initio statim libri primi, hoc etiam loco caue ob-  
liuiscaris harum particularum nimis et parum.


Hac in parte studiosum lectorem admonitum velim, vt animaduertat, sicut de  
vsus breuitate facile apparebit, q̄ admirabiles mensurationes de duarum linearum  
vnius breuitate, alterius longitudine perfici possint. Multoq; adeo si magis alterus  
tra in metiendo punctum moueatur, multoq; maxime si vtraq; Despicianū hoc erit pe-  
ritio architecto quod dico, Et mirifice difficultates, vt videntur, hac ratione facillime  
applicabuntur.





Figura Geminaum.





Donatur autem a nobis exemplum huius rei. Sicq; proposita effigies illa in libro primo muliebris post primam virilem efficta. Hanc igitur Geminorum auxilio primum densitate et latitudine contractionem deinde extensorem facere propositum sit. Sed sciendum si his mutationibus figura humana nimium forte a vero alienata fuerit suumq; modum amiserit, ut si quæ partes densitate ac latitudine auctæ nimium, aut eisdem minutæ sint. Tum correctione harum corruptam figuram instaurari debere, addendo minuendoue, quod quale sit de supradictis planum esse confido. Sic ergo principalem illam effigiem ad gracilitatem et crassitudinem perfectam correximus, primum ut de capitis aliquantulum altitudine absunderemus. Non quidem supra deminuendo, sed inferne sursum contrahendo, ut fieret a summo capite ad imum usq; mentum altitudo duarum. 15. Inq; hanc altitudinem partes faciei æqualiter distribuimus. Scapulas a linea menti ad humeros apte protraximus. Sed pedem cuius quadrilaterum esset hac ratione abbreviatum, produximus ad vnā. 13. et vnā 14. Femur etiā ac crus castigatiuscula accommodauimus. In exemplo crassioris imaginis reliquimus fere descriptionem principalis imaginis. Illud modo sub mento paracarculum maiusculi fecimus. Et scapulas sursum ab humeris ad collum adduximus. Sed et nates infra suam lineam aliquantulum rotundauimus, ne succinctiores iusto essent. Crura etiam obliqua nonnihil castigauimus. Similiter et aduersa iuxta talos. Pedis autem longitudo obtinet vnā. 6. Cæterum de capite idem facere poteris, quod de virili modo factum a nobis ostendimus. Vtriusq; autem modi gracillius inq; et crassius effigies subiecimus.














Donam etiam exemplum gracilitatis alterum. Sit principalis effigies vitulle illa quarto loco expressa in libro primo. Ad huius altitudinem adiunctam transuersam facies parte vna. 6. s. illa sit breuiorem. Atq; ita partire de nouo beneficio variantis. Altitudinis quidem per transuersas distinctæ partes remanent, vt designantes sunt. Tantum alæ sursum nonnihil atterantur, vt humerorum sit congruens effigies, neq; nimia crassitudo. Pectoris etiam inferior linea omittetur et mammae in alarum pristina describentur linea, vt superiuscule sint. Transuersas etiam supra pedem nonnihil deprimes, ne monticulus altior iusto existat. Atq; ita attribues imaginem de Geminis densitatem et latitudinem suam, eamq; gracilem et exilem effinges. Quam si longam esse volueris capitum proprio. 10. licet ita facias. Sed sic vt frontis linea valde sursum moueatur, reliquis altitudinis huius æ qualiter distribuatur. Hoc vero modo summo capite, erit admodum proceri colli effigies pedis autem longitudo esto vnus. 7. Quæ quo facilius assequi quisq; posset, secundum nostram doctrinam expressa subiicimus. In muliebri etiam effigie fiet de motione et ommissio ne in transuersis similiter, vt de virili ostendimus.

Nemini of-  
ferat plu-  
res nomina  
in transac-  
tione in crea-  
tione hoc qua-  
in principali  
propter illu-  
proceritate  
eius discretio  
poterant hec  
dici.





In sequentibus alium etiam modum ostendam mutandi imaginem propo-  
 sam, qua illius altitudo, certa tamen ratione et via peruertatur. Eaꝛ mensurationi  
 in singulis paribus pro cuiusq; voluntate supra aut infra altitudines extolluntur aut  
 astringuntur. Remanentibus densitatis et latitudinis per transversas spacio inua-  
 riatis. Possit tamen imago quæ esset supra facta elatior, conuenienti etiam modo at-  
 tenuari et contrahi. Sicut quæ ibidem esset facta astrictior, densari et distendi. Quod  
 quidem quo pacto futurum sit primum exponemus. Ducatur linea transversa quæ  
 sit. a. b. Infra hanc ponatur punctum. c. Quod si uolueris supra partes valde dilata-  
 re, facies esse. c. punctum proprius lineam. a. b. Sin mediocriter uoles dilatare facies  
 longius abesse. Eties autem lineam. a. b. designare plantam imaginis. Tum aliar-  
 duces transversam  $\pi\alpha\rho\lambda\lambda\alpha\delta\eta\varsigma$ . Ita longe remotam ab illa inferiore. a. b. quantæ  
 uolueris esse imaginem altitudinis, ea sit. f. g. Et hac perpendiculariter demittetur in  
 inferiorem lineam, in qua distinctio partium altitudinis constituatur. Ea sit. h. i. Post  
 hæc transversam facies transire hanc perpendiculararem quæ erit media infra. f. g. et  
 a. b. sitq; hæc. k. l. Quibus factis ducentur lineæ transversæ partium, per omnia pun-  
 cta distinctionis in perpendiculari. h. i. Deinde ex puncto. c. quod sit infra perpendi-  
 cularem educes sursum duas lineas tam longe q̄z uidebis ferre ipsam rem. Has oportet  
 esse habere et fixæ in puncto. c. supra discedant a se mutuo, mobiles enim esse des-  
 bent. His mensura amplitudinis et angustie cõtinebit, hæc notæ sunt. d. e. Propo-  
 sita igitur parte quæ amplior angustiorue effingatur sic facies. Partis illius mutan-  
 dæ lineam transversam densitatis aut latitudinis, ubicunq; illa sita fuerit, sistes in  
 mediam. k. l. Ita ut. h. i. mediam fecer transversam illam mutandæ partis lineam.  
 Postea utrinq; mobiles illas lineas, quas diximus in puncto. c. fixas a se mutuo disce-  
 dere oportere, Illarum igitur utrinq; unam applicabis ad extremum lineæ trans-  
 uersæ partis mutandæ, Ita iacentis, ut est dictum in linea. k. l. Cum ergo illæ mobi-  
 les hanc transversam tetigerint utrinq; designabunt dilatationem partis in illo loco  
 qui erit proprius huius transversæ cuius partem mutari uolueris. Ita grandescunt  
 et minuantur omnes partes supra et infra lineam. k. l. Horum etiam inuersionum  
 usus esse poterit, cum scilicet et diuersæ et contraria omnia eriscent, pro eo ut schema  
 quoq; huius descriptionis nostræ expressu. n. subiecitimus, cui nomen fecimus Ind. ci.





Sed ut redeamus ad peruersionem imaginis prepositæ, ad quam et Iudicis et  
 huius figura et ratio opposita est, usus requiritur. Proponatur exempli causa Effigies  
 vitilis eademque adiuncta muliebris quinto loco oppositæ in libro secundo. Harum  
 utriusque linea altitudinis insigniatur punctis distinctionum suarum partium, Huius  
 iusque notæ sunt. a. b. postea producatur ex puncto. b. normalis, cuius sint apponatur  
 punctum. c. postremo obliqua linea. a. c. latera iungantur. Cum vero de omnibus  
 punctis distinctionum lineæ principalis deduces lineas recta in punctum. c. ubi officio  
 hoc concurrere debent. Itaque erit instrumentum perfectum ad peruersionem ima-  
 ginum, supra infraue extollendarum aut astringendarum. Hoc placuit nomine per-  
 uertentis appellare. Nam per ipsum dependentis lineæ mensurationes peruerri con-  
 suenerunt. Sed usus erit talis.


Quærendū  
 nam utrius  
 sit facti loco

Sumatur alia linea altitudinis eaque sit. d. e. Hæc constituatur inferius cum pur-  
 co suo. e. in transversam. b. c. punctumque. c. remotum sit ab angulo. b. una parte. d. al-  
 titudinis effigiei faciendæ. supra autem debeat puncto suo. d. incumbere oblique. a. c.  
 c. Ita certes hanc nouam lineam et ipsam de nouo conuenienter distinguui, per trans-  
 uersas ductas ex punctis distinctæ altitudinis in linea principali, sed cum peruersione,  
 partibus supra elatis, infra astricis. Proponatur hæc igitur de nouo distincta linea, et  
 transuerse per singula puncta distinctionis trahantur densitatis et latitudinis princi-  
 palis, et effingatur forma, et apparebit hæc, de qua loquimur, mutatio. Hoc instru-  
 mentum peruertentis infra bisariam figurauimus, priore quidem loco secundum mon-  
 strationem rationem, posteriore uero inuersum. Nam si quis mutationem institueret uer-  
 sit contrariam oppositæ, Is debet et instrumenti contrario priori postu uel, cætera  
 autem omnia facere similiter ut ostensa sunt. Subicimus et exempla mutatiæ ima-  
 ginis vitilis ac muliebris, sed neque supra neque infra ampliora angustioraque fecimus,  
 quod quomodo fieri solet, schema componentes Iudicis docuimus. Et sequi tricu-  
 lusque uoluntati permittitur. Peruertente autem si quis oppositæ et cum singulari dili-  
 gentia usus fuerit, In cuius scilicet ratione discriminum supra oppositorum omnium  
 significationes necessarie ad occulta artis inueniunt. Is in admirabilibus rebus successum  
 non perueniendum experietur. Sed in opere tam longe a uero additionibus et des-  
 tractionibus, ut in exemplis factum est, discedere nemo debet. Jam et has licet aliquis  
 ita demutatas effigies de nouo et ipsas mensura pericula dimittatur, et fere ut supra  
 a nobis factum est describat, Corrigenda autem ubique deformitas quæ nimium ab-  
 ductis a ueritate figuris exierit. Hæc enim ad istum modum a nobis proposita non  
 sunt quasi aliter fieri non debeant, sed magis docendi causa ut essent omnia tantope-  
 re abhorrentia a uero, notabiliora. Omnino autem sentiendum totius huius doctri-  
 næ usum necessitatis comode, non deprauationibus applicandum. Cauis igitur ne  
 unquam illam pendulam lineam nouitatis, siue ut priore loco descripsimus, seu etiam  
 inuersam, nimis longe remoueas ab angulo. b. Ne talis peruersio monstra pariat,  
 Quantam autem utilitatem rationis huius necessarius usus afferre poterit, tantam  
 immittit prauitatis operi curiositas superuacanea, cum non curabitur Ne quid sine  
 causa nimis. Sciendum autem tam solere usurpari hanc peruertentis rationem in  
 partibus que in toto. Cæterum de talibus mutationibus humane imaginis, perspicui  
 untur et diuersitates naturæ Roboris, Imbecillitatis, celeritatis, tarditatis, alacritatis,  
 et pigritudinis. Quare que non ignorari hæc, a studiosis huius artis debeant, cui du-  
 bium erit? maxime cum immensum quantum latius pateant atque hoc loco explicas  
 tum fuerit.

Supra.

a b


Et quis forte nouitatis causa vsurpare vilem peruersam imaginem cum sua parte voluerit. Is debet superius clatis summum caput valde deprimere, et monticulum pedis altiusculum. Sed inferius productis, tibiam et monticulum breuiorem facere. Et tum beneficio Variantis omnia congrue dissipari. Nos tamen in exemptis omnia resti quimus ita ut de hac ratione experiant.



Infra.

Et  
peruer  
tenis.


Infra.





Pervertitatis Inversio.


a  
Cupa.

c 2









Superius demonstratis peruenienti humanas imagines rationibus etiam nunc  
 unam adiciemus, qua propositæ imaginis altitudo varietur. Sed mutatio densita-  
 tis ac latitudinis ducetur recte ex Deligente. Huius igitur peruersionis ubiq; esse usus  
 poterit, quæ est duplex, Una habet circuli segmentum in cuius mensurationes con-  
 ueruo. Altera in cuius cauo colliguntur. Quæ utraq; in viâ q̄ quisq; longè voluerit  
 progredietur. Qui autem perspexerit hanc doctrinam facile usum horum cognoscat.  
 Hincq; etiam aperitur causa propter quam in conuero speculi regula erecta arcua-  
 ta videatur. In medioq; sui latiuscula, contractio: in extremis sferuris, circulo enim  
 ut et alice res, obsequitur. Hæc intelligat qui conuenientibus picturis resudines et la-  
 cumaria insigunt voluerit, necesse est. Et si perspectiue hoc scientiæ nondum est, prope  
 tamen accedit cum in speculo consideratur. Sed nos de mensurationibus per se ver-  
 sa facimus. Peruersio enim ista quam exponere institimus mensuram recti ad con-  
 ueruum aut concauum segmentum circuli complectitur. Cum vero quid de quoq; hæc  
 ratione efficiatur conuere, causa quoq; statim apparebit, inq; se opere ipso profe-  
 ret. Hæc autem, quamuis mirifica in designatione et descriptione videantur, vsui  
 accommodetur. Necessaria tamen est talium cognitio artificii, qui ex multiplici scien-  
 tia deligat apta et conuenientia proposito ac voluntati suæ, licet hæc et præstantio:  
 fortasse etiam imperiti derideant. Sed huius nunc deinceps peruersionis ratio expli-  
 cetur, quæ si quis scite usus fuerit, multa de principali aliqua figura mediæa facere po-  
 terit. Dabitur ergo hæc in parte quoq; diligens opera. Ne quid nimis. Quod autem  
 nostra exempla secundum præscriptâ doctrinæ expressa, quod nimium esset non fuge-  
 runt. Non solum propter cartæ paruitatem, sed etiam quo esset differentia mutatio-  
 nis euidenti: factum est. In magno igitur opere qui usurpare volet, modum seruet,  
 Sed ad rem.

Principio proponatur linea altitudinis imaginis principalis distincta punctis su-  
 is hæc supra est. r. infra. y. Seceturq; in medio puncto. c. Ex quo linea transfuersa ad  
 angulos æquales protrahatur cuius extremum notetur litera. z. Postea claudatur tri-  
 angulum *ισοσκελὲς*. x. z. et. y. z. cuius acies sit. z. Non protrahes lineas ex omnibus  
 punctis lineæ rectæ. x. y. punctum. z. versus q̄ longe protrahis fuerit opus. Deinde  
 constituas *παράλληλον* post lineam. x. y. versus punctum. c. quâ quidem longa vsus  
 indiguerit, nam multo erit q̄ prior illa, id est basis trianguli altior. Post hæc circuli  
 pro ceterisculi vnum pedem figito in punctâ. z. et altero describe arcum, qui radat pun-  
 ctum medium lineæ trianguli principalis altitudinis et lincetur ad *παράλληλον* quam  
 post illam lineam. x. y. trahi longè iussimus. Ad quam ubi se conuena huius arcus ad-  
 iunxerit, ibi superius. C. inseruius. t. notam exponito. Quæ autem idem arcus fecas  
 bit et quasi præcedet lineas ductas ex punctis altitudinis principalis versus punctum  
 z. Ex illis omnibus sectionis punctis ducas lineas transfuersas ceteris *παράλληλον* per  
 lineam. s. t. ita illa de nouo distinguetur ex linea principali sed diuersæ. Nam et sit bre-  
 uior, et habet circulum authorem distinctionis suæ. Ita omnia sursum deorsumq; a  
 medio puncto magis decurtantur. His peractis appones omnibus nouæ distinctio-  
 nis punctis suas quasdam notas. Primum superius ita. Summit puncti transfuersæ  
 a. proximi. b. moy. c. atq; ita deinceps. d. e. f. g. x. c. vsq; ad punctum medium. Tandem vero  
 ad imam vsq; transfuersam notis numerorum vtete. Ea igitur ima sit. 1. et ab hac sur-  
 sum. 2. 3. 4. 5. x. Hæc erit igitur de nouo distincta altitudinis linea. a. y. Quam du-  
 plicem propones vnâ ad efficiem obliquam, alteram ad efficiem aduersam, sicut  
 sæpe præcepimus fieri, Et ita per distinctionum omnium puncta suas transfuersas


In diuersis  
 hoc est dicitur



protrahes. Sed inuentis altitudinis partibus restat exquirenda latitudo et densitas, quam constitues de ligenis beneficio de illius mobili linea, cuius utrimq; usum accipies, et conuenientia superiora ac inferiora designari possint, ad hunc modum. Primum producatur linea transversa quæ finiatur notis. a. a. In hanc mediam demittes aliam perpendiculariter, hæc esto infra. b. supra. g. Tum deinde accommodabis utrimq; mobilem lineam. a. c. Quibus ita uteris. Excipe ex præscripto peruertente medice lineæ quæ recta, ut dictum est, tendit in punctū. 3. longitudinē quanta est illius mari. intra lineam rectam eductam contra punctum. 3. et arcum. Hanc igitur longitudinem, ut dixi, maximam, constitues rectā super transversam. a. a. in perpendiculari. b. g. et in summitate illius applica utrimq; mobiles. a. c. ut cancellatim ibidem dispantur. Post hæc erimes omnes longitudines superioris partis linearum transversarum intra arcum et rectam lineam, et notabis diligenter quibus quæq; litteris inscripta fuerit. Et q; institues rectas in transversam Deligenis. a. a. sic ut omnes supra *πρὸς τὸν ἄνω* attingant impostam lineam. a. c. Ita fiet ut breues omnes tendant ad punctum Deligenis. a. quem ad modū in arcus linea proxime fuerit puncto. S. Sed spacia intercedentia non manent eadem propter diuersitatem recti et curui. Ut autem præcepi in vnam partem Deligenis imponendas longitudines partium notarem litteris quæ essent superiores, ita simili modo et inferiores in eiusdem alteram partem constitues quas notari iussi numeris. Tum deinceps vnam quancq; partium singularum principalis imaginis latitudinem impones rectam in mediam lineam quæ in Deligente erigitur notata litteris. g. b. Sic ut infra inscribat transversæ. a. a. Tum lineā mobilem siue situm. a. c. admoue ad hanc ut supra ipsam attingat. Ita fiet ut ordine omnes aliarum partium latitudines ad hanc consequentiam desinantur. Et quancunq; principalem latitudinem in hanc imposueris. Illius mensura in suo loco litteris numericis notato conueniens mutationi siue reperietur, desinita per memoratam impositionem in transversam. a. a. et accommodationē lineæ seu filii. a. c. Quæ ipsa q; potui euidentissime descripta subici. Et ad hanc rationem binas viriles itenq; multebres imagines effiniri, quarum supra esset in fine libri secundi commensuratio exposita. In brachijs tantum modo et pedibus hinc discessi secutus congruentiam formæ. Nam peruersio hæc in summis et imis seductionem immodicam complectitur.

Hoc instrumentum peruertentis etiam cum inueteris exhibet de usu imago in inferioribus et superioribus partibus productio. In medijs contractio, ut in superiori quoq; visum. Hæc inuersio sic fiat. Resumat lineam distinctionis altitudinis. Et postea apponatur productio. S. t. ut ante. Postea constitue et punctum. 3. Et ad imagine duas lineas. x. 3. et. 3. y. Pro productio lineas ex omnibus punctis distinctionis lineæ. x. y. in punctum. 3. Postea scribito et punctum. c. respondentem a sinistra puncto. 3. Tum longioris circini ita pedem vnum figito ante lineam. s. t. ut segmentum circuli describatur quod puncta. s. t. attingat, et arcuetur intra. x. y. et punctum. c. Quibus autem locis cernes arcum transire lineas ductas in punctum. 3. Ex illis ducentur lineæ *πρὸς τὸν ἄνω*, quæ in linea ducta per ipsas post arcum versus. 3. Nouam et de integro comparatam distinctionem explicabunt. Quibus perfectis latitudines et densitates beneficio Deligenis exquirendæ sunt ratione superius demonstrata. Ad hanc peruersionem quisq; imaginem qui volet effingat, nos instrumentum expressisse satis habuimus.

Mensura labe  
et gracillia ima  
ginis virilis de  
scripte li. 2.




Mensura virilis  
 imaginis vltimo  
 loco descripta in  
 libro primo.

Princip  
 Vertex  
 Frons  
 Supercilla  
 Nasus  
 Mentum  
 Summae  
 Scapulae  
 Summi  
 humeri  
 Jugula  
 Pectus  
 Mx  
 Mammae  
 Infra ma  
 mas  
 Inus spo  
 rar  
 Uinctus  
 Umbilicus  
 Sin' coxae  
 Summum  
 Femur  
 Derenda  
 Externae  
 tates  
 Sulcus in  
 femine  
 supra genu  
 mediu genu  
 Infra genu  
 Inu' surae  
 merius  
 Inuerius  
 Inu' pedis  
 Summum  
 Inu' cetero.  
 Mania

A  
 B  
 C  
 D  
 E  
 F  
 G  
 H  
 I  
 K  
 L  
 M  
 N  
 O  
 P  
 Q  
 R  
 S  
 T  
 U  
 V  
 W  
 X  
 Y  
 Z


Inuersio per  
 ualentio.




8  
 Scrotilis imago  
 multibris scam  
 dilata

Æ  
 Incipit  
 Vertex  
 Frons  
 Supercilla  
 Nasus  
 Mentum  
 Summa  
 scapulae  
 Summi hu-  
 meri  
 Juguli  
 Pectus  
 Alae  
 Papulae  
 Infra Ma-  
 mas  
 Cinctus  
 Umbilicus  
 Coxa  
 initium pubis  
 Inna pubes  
 Extremae  
 nates  
 Cinctus in  
 Femine  
 supra genu  
 medium genu  
 Infra genu  
 Inna surae  
 exterioris  
 Inna surae  
 interioris  
 Menticul<sup>o</sup>  
 pedis  
 Innum exte-  
 rioris tali  
 Planta.


Schema alterius  
 peruenientis.





a Principium  
 b Vertex  
 c Frons  
 d Supercilia  
 e Nasus  
 f Mentum  
 g Summitas  
 h scapulae  
 i Summitas  
 k humeri  
 l Jugula  
 m Pectus  
 n Alae  
 o Mamillae  
 p Infra mās  
 q mās  
 r Imus tho-  
 s rax  
 s Cincus  
 t Umbilicus  
 u Sin<sup>o</sup> coxae  
 v Summitas  
 w Femur  
 x Verenda  
 y Extremitas  
 z nates  
 a Culeus in  
 b Femine  
  
 c supra genu  
 d mediū genu  
 e Infra genu  
  
 f Imū surae  
 g exteriū  
 h Interiū  
  
 i mons pedis  
 k Summitas  
 l tali exteriū  
 m Planta

z



Cincipus  
 Vertex  
 Fronis  
 Supercilla  
 Nasus  
 Mentum  
 Summit  
 scapulae  
 Summi hu-  
 meri  
 Juguli  
 Pectus  
 Alae  
 Papulae  
 Infra Ma-  
 mas  
 Cintus  
 Umbilicus

Coxa  
 initium pubis  
 Ima pubes  
 Extremitates  
 nates  
 Sulcus in  
 femine

supra genu  
 medium genu  
 infra genu

Ima furca  
 exterioris  
 Ima furca  
 interioris

Monticulus  
 pedis  
 Imaum exte-  
 rioris tali  
 Planta.

z

z

Atq; hæc quidem variationes ita se habent, ut exposuimus. Quas etiam ipsas ef-  
 fectas vel per variantem vel Deligentem, Geniuos Indicem peruenientemue, con-  
 ceditur vterque etiam variare, accommodanti sive totis imaginibus seu certo partibus  
 illarum. Quin et diuersarum imaginum commensurationes misere quis poterit,  
 qua ratione rectissime hoc futurum iudicatis, dum quod sibi quodq; alijs placiturum  
 sit, exquirat. Sed euadent de huiusmodi missionibus monstrosa, Quare attentione  
 erit opus, et magna cura forma in mensuratas partes altitudinis latitudinisq; ac den-  
 sitatis inducetur. Nam in extrema notatione altitudinis itemq; per finientes illam  
 transfusas indices latitudinis ac densitatis, omnia certam descriptionem obtinent.  
 Sed intra has proclines sunt lapsus, quatenus aut interiora iusto aut exteriora linea-  
 menta exprimentur. Unde partium consequitur indebita crassities aut attenuatio,  
 distensio aut contractio, quæ a nobis breuitati studentibus penitus explanaata descri-  
 ptione nostra non sunt, sicut manu ductione demonstrari possent. Venit inter hæc  
 igitur nobis in mentem, aliquot imperitos tentantes a nobis ostensam viam ingredi,  
 et in opere aberrantes, facturos ut nobis culpam ascribant, nostramq; doctrinam re-  
 prehensuros. Et omnino intelligo volentibus hanc nostram rationem vsu parare pri-  
 mum omnia difficulta visum iri. Verum his censeo faciendum ut tum viuam corpus  
 ob oculos ponant q̄ maxime conueniens ad institutæ effigie commensurationem,  
 atq; ita contemplantes nature opus studeant artis ipse finem ad veritatem exprime-  
 re, pro virtutis et intelligentia sua, laudantur enim imagines in quibus quasi vita  
 agnoscat, et similitudo in exemplari enitescit, præsertim si venustas quoq; affit, nã  
 ita maxime apographa laudantur et magni finit ut merentur. Sed in illis discrimi-  
 num appellationibus quæ sunt a nobis superius expositæ, Quisq; veretur ut sus-  
 bet. Nam et artem sequi quæ veritatem complectitur, asuescere poterit, et absq; illa li-  
 bertate quadam seducendi omnia vti. Qui labor intelligentibus ridiculus est. Ne  
 contra bene et diligenter facta, Deo ipsi honori, vtilia hominibus, perq; se grata ac  
 succunda esse solent. Ille vero contemnendus labor; prauitatis in arte culpandus et  
 noxius, et odiosus tam in paruis q̄ magnis operibus inuenitur. Quare cum cura et  
 ratione perfici ea par est quæ in lucem quisq; emittere cogitet. Videndumq; Nequid  
 naturali veritati vel detrahanur vel apponatur intolerabile. Inuenias etiam qui va-  
 riationes ac mutationes suas ita astringant, ut ægerime illos appareant, quod cum  
 scisum subterfugiat, non minus q̄ ubi excessu peccatur, improbandum videtur. Me-  
 dia igitur quæq; optima sunt. Nos vero quod in exemplis tantas contrarietates ex-  
 posuimus. Eo consilio fecimus, quo esset in paruis euidencia maior et illustrior, quod  
 ipsum in grandibus imitari velle non faceret rectum. In ijs enim illa rigiditas cœris-  
 genda et molliendi erunt ductus, ut feritas videretur et artificiositas appareat. Quis  
 autem differentias prauæ et absq; arte designatas animaduertat? Cœterum nemo  
 miratus sit tot et tam diuersa artifici perito in mentem venire posse, quibus elaborans  
 dis non vitæ ipsius spacium sufficiat, quasq; cogat omittere breuitas illius. Sunt  
 enim illa quæ incidunt innumerabilia, et animus artificum simulacris est referendus,  
 Quæ omnia incoquita prius cum in humanis tum altarum rerum effectionibus,  
 indices prolaturus sit. Si cui forte multorum seculorum vita, et ingenium ac studium  
 artis huius vsusq; diuinitus contigerit. Diuino enim beneficio periti cum prius tum  
 altarum artium plurimum possunt. Sed cum de diuersitatibus ac variationibus

multum verborum fecerimus. Constat tamen et est in comperto, nullam opus nullamque omnino rem quam homines efficiant, inuariabilem similitudinem alterius operis aut rei obtinere, quin sua sponte discrepent, ut nemo uiuat tam absolutus artifex, qui duo opera per omnia similia, et quae discerni inter se nequeant, efficere possit. Nihil enim profus nostrarum rerum ad tantam similitudinem peruenerit, quantumuis annitatur. Quin hoc videmus si in typum eundem unam cartam imprimamus, et mox alteram, aut in eandem argillam aes fundamus, quae erant in illis differentiae notas inesse quibus discerni multis de causis possint. Quod si hoc usu uerit in hac certitudine, quid in alijs accidere putandum. Verum de tali differentia non loquimur in praesentia, Sed intelligi aliquam uolo quam exprimendam aliquis sibi studiose proposuerit, de qua haec superiora omnia sunt accipienda. Quotiens enim animo opus quis amplexus fuerit, subeunt statim simulacra differentiae, non illius in euitabilis et necessariae, sed huius qua pulchra et turpia discernantur. Quam confesso quatur, de illis differentiae uocabulis superius expositis. Perfecto autem opere sequitur contemplationem oculorum animi iudicium. In quo sententiae diuersorum sece diuersae sunt. Proinde in nostris tantum uolo esse cuius concessum ut si ita uisum sit, mouet nostra et moueat omnia, de quo paulo post disertius loquemur. Hoc modo caueatur ne opus ad nimis alienum ac innaturalem modum abducatur, nisi forte proposito sit monstrare et quasi somniorum gentem effingere, ubi omnium uerum naturae confundatur. Sed ut ad institutum ueniamus. Constituat principio Effigies distincta per transversas suas in spacia altitudinis. Illae igitur transversae sunt certo numero a nobis comprehensae. Sed conceditur cuique plures paucioresue describere. Plures quidem facere exquisitioni et certitudini seruiunt, quod diligentis artificis fuerit. Pauciores uero qui fecerit laborem sane molestiamque minuerit, sed ad eximiam certitudinem non poterit peruenire. Jam licet valde exercitati ne lineas quidem ducant, sed punctis in distinctionibus solummodo utantur, si hoc ipsum intellectus satis fuerit. Atque haec una est linearis mutatio nostrae rationis. Altera similis est mouendarum linearum per totum corpus, demonstratae a nobis in uarietatibus factura in capitibus. Eodem enim et illae totius corporis transversae aut ad mouebuntur propius, aut longius dimouebuntur. Duo illud effecerit breuiores partes, hoc elationes idque totum differentiae est breuitatis et longitudinis.

Non autem negligenda densitatis et latitudinis differentia, quae et ipsa cum per, tum intra transversas uariat. Si enim transversas longiores fecerit, per illas igitur aucta erit latitudo aduersorum corporum, et densitas obliquorum. Sin fecerit breuiores erit ueraque imminuta. Idemque plane et intra illas partibus accidet ut maiores minoresue fiant. Sed hoc loco iterum moneo, Videas per omnia differentiae uocabula Nequid nimis. His autem nostris praecipis si quis forte contigerit ingeniosus Lector ac usurpator, admirabiles perfecit mutationes et variationes figurarum. Atque ex illis haec erunt, humeri lati, Astricta illa, et contracta femora, uel contra, Aut breuissimus truncus, crura longa, uel diuersa illa. Item recta corpora cum brachijs et cruribus uel distorta. Omnino per mensurationem natura hominum patet scit. Quare inde formae et deformitatis ratio petitur, utque opus uenustum aut inuenustum fiat. Debet igitur artificis priusquam ad moueat tabulae manum constitutum de liberatumque esse quid effingere uelit. Ut cum fama quaeratur opere, exquisitionis operis



mis quibusq; et convenientissimis ad illud absoluendū vtzatur. Et si peritus exercita  
tusq; artifex in minime subtili ac in eriguo quoq; opere quid possit ingeniū et ars ma  
gis ac melius prebarit, q̄ alius in grandi et subitli. Hęc iniustata nouaq; alijs facile  
ac soli intelligentes potentes intellectu et manu artifices. Vnde sit vt ab aliquo diurno  
spacio de penicula in cartam coniciantur, aut scalpello in furculo exprimantur, quę  
laudabiliora melioraq; sint, q̄ alterius grande et annui laboris opus. Quod singula  
re sane Dei donum putandum. Ecce enim contigit alicui ingeniū et is successus  
operis, vt neq; ipsius seculo, neq; multis sequentibus similem habeat. Quod intelligi  
potest de veterum monumentis, quorum etiam nūm fragmenta eruntur. In quibus  
tantum est artis, vt nihil nostrarum rerum illis comparari possit. Sed si quis  
querat quę sit ratio pulchritudinis in Imaginibus Delectatasse alicui, Quę in  
iudicia hominum approbent. Quod alij non concedent. Neq; mihi videatur, si homi  
nibus imperis iudicium permittatur. Sed peritiā quę sufficiat quis definit?  
In ea enim ego sum opinione, Neminem viuere qui cōtempnissimū animantis sum  
mam perfectionem cogitatione animi sui possit complecti, Quo minus hoc facturum  
quenq; putarim in homine, quem Deus singulari consilio et modo fabricatus, omni  
bus alijs animantibus dominari voluit. Hoc non negauerim ab vno quam alio ele  
gantiorē imaginem animo sepe concipi et exprimi manu, quod quare ita sit opti  
mis rationibus demonstratur. Sed non ideo ad maximam perfectionem peruenitum  
fuiti qua melius fieri queq; nequeat. Hęc enim Ingenij humani viribus non com  
prehenditur. Diuina mens nouit, quę sola humanam simili scientia instruere pos  
set. Veritatis enim hęc est regula, Quę forma quęq; mensura pulcherrima et  
conuenientissima sit, ad quam vnū quiddam non multa congruere necesse est.  
Sed querentibus hominibus multa et diuersa incidunt, setariq; contingit pulchra  
non vna via, deformatia tamen vbiq; se magis offerunt. Atq; in his nostris tantis erro  
ribus non inuenio quam demonstrare veri modi absolutamq; pulchritudinem possi  
sim. Cum nihil ce que cupiam quam rudiatem et deformatem nisi forte consulto il  
la affectetur a nostrorum hominum operibus recidi, ipseq; si quid possim adiumentu  
ti afferre studiose facturis sim.

Sed nunc ad illud de quo aiebam hominū iudicium reuertor, quibus quę nunc  
imago maxime pulchra visa est. Et mox aliam antepōit. Is autem artifex laudem  
meretur, qui singulorum iudicio probatam effigiem perficere possit, ad quod multum  
usus et experientie requiritur. Neq; quicq; melius ad hoc contingere illi posset, quam  
habere animo comprehensum veritatis modum, vt rectam et aptam propositio suo  
mensuram intelligeret, quam vnā et simplicem esse oportet. Hanc se si quis tenere  
proficetur, rem maximam præstiterit si demonstrauerit. Quod mihi in his tenebris  
et palpationibus nostris vir posse fieri videtur. Quicquid tamen operis geometrica  
ratione explicatum confirmatumq; fuerit, Id tantum habet certitudinis, vt repræ  
sentioni nihil loci relinquatur, neq; enim illi contradici potest. Et talem artificem me  
rito et diuini omnes venerabuntur, suntq; illę explicationes auditu perq; iucun  
de, sed opus spectatu multo iucundius est. Sed dixerit aliquis. Quin igit in hac opti  
morum a te inducta desperatione studium scientie ponimus? Inhumanum hoc,  
neq; par fuerit propositis bonis malisq;, non meliora capessere, q̄ suis optima negata  
sint. Atq; vt quid melius sit in nostra re, id est, effigie quapiam demonstremus, faciem

Dum ante omnia de mensura omnium partium certa et conueniens exquiratur, qua constituta ordine suo ac modo, singulatim partes tam minime q̄ maxime cum magna cura et diligentia perpolentur, si forte vere aliquid pulchritudinis reperire, et proprijs ad metam pertinere possimus. Cum autem, ut dictum est, humanum corpus multis et partibus collectum compositumq; sit, quarum singule suum quendam rectitudinis habent modum, Magnopere amitemur ut intelligamus quid illi ipsi modo contrarium sit, quo melius vitare, et ad naturalem constitutionem quam proprijs accedere concedatur, ad quam quasi recta via omnibus vitibus contentemus, ut opus arte decorq; conspicuum efficiamus, quæ omnia non mediocrem curam atq; attentionem vulgarem postulant. Primum enim animaduertat aliquis nisi illam separatam descriptionem faciei in capitibus superius expositam, certe subtilitatem deprehendet mirabilem, curuarum rectarumq; linearum et aliarum notationum quæ de regulæ ductu non possint describi. Neq; osecitanè perfecturum intelligat illas frontis, genarum, nasi oculorum, buccæ et menti, rotundationes ac quasi globulos aut lacunulas, ut ne quid minutarum particularum omitat, quod non simili cum maximarum cura tractet. Neve minorem diligentiam in singulis effingendis, q̄ in vniuersorum compositione et quasi coagmentatione adhibeat. Equitur cœlum hoc quadrare ad caput debet, neq; breuitate aut prociuitate, crassitie aut gracilitate deformari. Atq; ita consequenter videndum ut in pectoris, alui, tergi, natium, item crurum pedumq; brachiorum et manuum lineamentis omnia diligenter et articulate effingantur. Quæ cum ipsa tum in his minutissima quæq; omnibus suis numeris abseueranda sunt diligentia maxima, neq; enim audiendi qui dicant se properantes non solere insistere operi. Quod nisi in necessitate cum res ipsa aut studium perpetuum motum non fert, concedi non debet. Hoc autè si forte acciderit, tum festinationi ignoscendum, si tamen in hac ipsa vera ratio custodita, sit, et artis cognitio eluceat. Itaq; tota erit imaginis facies a vertice ad calcem consentanea, cuiuscumq; illa modi sit instituta, seu rigidi, siue leuis, carnosii seu macilentii, ne hac in parte caribus exerescere, illa vero deficere videatur. Ut exempli causa, si brachijs tenuis, crura tument, siue a fronte sint omnia plena, a tergo vero minime, aut contra, partium enim volumus esse inter se consensum, non temere prauæq; illas coacervari. Quæ enim conuenientia, eadem et pulchra videri solent. Quare etiam ætatis forma tenebitur. Neq; caput iuuenis, pectus decrepiti, manus pedesq; prouecta ætate hominis faciendum. Neq; a fronte adolescens, a tergo senex exprimitur, aut contra. Quæ enim nature non respondent, praua iudicantur. Proinde rectum fuerit in omnibus ætatibus constituti omnibus et modis custodire conuenientiam partium. In effigie iuuenis, decrepiti, prouecta ætate hominis, macilentii, carnosii, rigidi, molliis. Erigitur adolescentie imago, nitida, succulenta, æquabilis. Senectæ vero rugosa, distorta, inæqualis, consumpta carne. Ad hæc cum laude perficienda, expedit prius q̄ elaborentur ductibus et lineis ad mensurationem omnia describi, ut cognosci possit si quid forte rectitudinis desit. Hæc qui cum attentione et diligentia seruauerit, non illum facile poenitentia operis sui insequetur. Quæ de re postulat ab artifice, delineationum exacta notitia, hæc enim ad ætem momenti plurimum habet. Quod si marine vera mensuratio desinata fuerit, nihil citius est factu q̄ corrumperem, ab indocti alicuius delineationum manu, grassante temere per altitudinem latitudinemq; ac densitatem Imagis

nis. At peritus harum bonam veramq; mensuram nactus, rem etiam in experimentis  
 da forma meliorem fecerit. Ceterum quo veritatem mensurationis aliquam adipisci,  
 et quantum licuerit de illa in opera nostra pulchritudinem inducere possimus. Nihil  
 ego quidem conducibilis inuenio q̄ multorum viua corpora ob oculos ponere. Eaq;  
 formosorum iudicio omnium mensuram colligere partium. Omnino enim artis in-  
 telligens non exquisiuerit nihil conuenientiae partium in magna hominum multitu-  
 dine. Quis autem vnum aliquem ostenderit in quo ad vnguem, ut dicitur, omnia per-  
 fecta sint, ita ut nulla quicq; in parte requiratur? Sed hac quoq; in parte memineris,  
 ne naturae modos confundas. Sed ut omnia congruant, quod fieri debere paulo ante  
 diximus. Vtere ad iuuenum imagines observatione iuuentium corporum. E. mill-  
 terq; senilium ad seniles. Idemq; de proeecta etate accipiendum, ut et ad macilentos  
 eos, carnosos, rigidos, molles, robustos, imbecilles, similes in viuis naturas conferes.  
 Non est dubium quin per singulas partes huic rationi studentibus oblatura sese plu-  
 ra etiam sint quam quae fuerint, et elaborare valeant. Nam formositatem rerum  
 vix vnq; ars exprimit. Non iam dico eximiam et perfectam, sed exlozamatam nobis, et  
 tamen exuperantem vires ingenii et effugientem gnauitatem manuum nostrarum.  
 Cum vero, ut diximus, diuersas ad imagines diuersae naturae viuorum corpo-  
 rum exquirere sint, offerunt se hominum duo etiam quasi genera diuersitatis. No-  
 streum inquam qui albi, et Australium qui nigri a Graecis Aethiopes perhibentur.  
 Horum facies inter se dissimiles sunt. Neq; Aethiopum corpora tam grata sunt aspe-  
 ctu q̄ nostra, propter in illis nasi tantam depressionem, et labrorum crassitatem, itemq;  
 manus, genua, tibias, pedes, nodositate deformes habentur. Sed ego vidi horum cor-  
 pora alijs in omnibus partibus tantae conuenientiae, et quae tanto studio naturae per-  
 polita essent, ut nihil perfectius fieri posse iudicarem. Verum et in suo genere multae  
 se diuersitates offerunt formarum, vtilis ad imagines obseruationis, pro constitutio-  
 num varietate. Ita robustiorum grandia sunt in trunco omnia, et quasi Leonina.  
 At imbecilles leuia haec habent, neq; tosi sunt, perinde ut illi. Minime igitur robu-  
 sti imaginum mollitudinis, neq; imbecillioris lineamenta rigiditatis accommodabun-  
 tur. Esti autem macilentiae ac carnositati interdum seruendum, tamen huius rigi-  
 ditatis et lenitudinis modus pro arbitrio cuiusq; conseruari poterit. Horum veritas  
 in natura et vita patescit. Quibus insistens et oculos intendens, neq; inde ad tuas  
 opiniones discesseris, quasi melius quid effecturus, scito enim futurum ut fallaris.  
 Proxius enim in natura demersa est ars, quam si extrahere poteris, iam adeptus es  
 rores multos vitaueris in opere tuo. Cuius rectitudinem etiam magna ex parte Geo-  
 metricis rationibus demonstrare poteris. Sed si quo illae non accesserint, hoc commu-  
 ni hominũ iudicio et sententiae relinquendũ est. Ita tamen ut vsũ plurimum posse  
 sciamus. Nihil autem certius q̄ quo propius ad vitæ similitudinem opus tuum per-  
 uenerit, eo maiorem illud esse rectitudinis laudem inuenturũ. Quare aberit a te opi-  
 nionis falsitas. Melius te faciturum quicq; quam fabricato a se Deus operi suo la-  
 gnis sit. Ad hoc enim comparati conatus tui sine vitibus inuenientur. Ex quibus  
 colligi potest. Neminem posse vnq; de proprio sensu et excogitatione formositatem ex-  
 primere. Sed necesse esse ut quod ex animo suo formositatis deprimserit, id totũ an-  
 te in illum repositum fuerit studio et sedula diligentiaq; imitatione. Quod proprium  
 putandum non est. Sed acquisitionem ac comparatum studio diligentiaq; artificium,



crebro contemplatus et depingendo imitatus fuerit, deq; illarum ratione artifices au-  
dierit disputantes. Non tamen quemq; existimare velim in quamuis laudabili opere  
non obseruandos errores si qui forte insint, quos et cognosci et emendari rectum fue-  
rit. Neq; tibi quisq; persuadeat ut animum ad vnum certum genus et modum ima-  
ginum astringas, quas aliquem artificem cognoueris fere fecitasse. Fere autem na-  
tura ut opus fere tale sit quale est iudicium animi et ratio. Sed ego te varia libere con-  
templari, et ex multis eligere optima. Opinior enim falsitas nemini serme non ob-  
strepi. Et quis ausit dicere opus aliquod ita esse perfectum ut nihil melius fieri queat,  
cum nemo pronunciare possit, quis formosum hominem viderit, non illo tamen for-  
mosiorem inueniri posse. Tutissimū autem iter ingredi optimum fuerit, siue de alio-  
rum doctrina, siue propria ad animale exemplum exquisitioe. Sed magistros illos  
non probō qui de arte cum verba sine fine facere consueuerint, ipsi suum opus lauda-  
bile nullum habent proferre, quales ego scio me vidisse non nullos. Nam hos si fueris  
scitulus, in errorem laboris. Quod me etiam tacente clamat prauitas operum ipso-  
rum, Separata enim hæc sunt, de opere multum loqui, et illud facere. Non tamen  
ideo vito quenq; admittere instructiones imperitorum quozq; fieri enim possit ut ru-  
stici tibi demonstrarent peccatū quodpiam operis tui, etsi qua ratione corrigas docere te  
nequeunt.

Hoc loco monitos velim ignaros huius artis et discere de nostra doctrina aggressos,  
sive ut diligenter cognoscāt quæ a nobis tradita sunt, primumq; pauca proponāt dis-  
scenda et efficienda sibi, quibus comprehensis tum deum pergant ad alia. Debet  
enim scientia vna cum vsu crescere, ut manus voluntati et intelligentiæ seruiat, vnde  
tandem artis et vsus magna certitudo existit, Duce duo et coniungi debent, et separa-  
ta nihil valent. Jam imperiti et vulgus ut max. meliora a prauioribus discernere pos-  
se videantur. Tamen nemo est qui vere iudicare possit, nisi peritus artifex, qui et ipse  
sæpe laudem operibus suis consecutus fuerit.

Sed dicent aliqui, Tantum ne igitur laboris ac operæ ponetur in his mensura-  
tionibus tantum impendatur tempus, ut singulatum omnes imagines ad hanc ra-  
tionem erigantur? atqui paruo sæpe tempore faciendæ plurimæ incidunt. Non hoc  
ne nos quidem præcipimus. Sed hoc doceo parandam studio et diligentia quandā  
certitudinem quæ in his solum rationibus consistit, aq; illā adeptis, in manus qua-  
dam insallibili libertate, nemo exegerit omnium corporum aut rerum mensiones.

Quin etiā de arte oculi instructi pro regula esse incipiunt, manus autem obsequiosa  
est arti, quæ confidentiam parit et potentia sua errores depellit, et falsitatem excudit  
operis. Tum et celeritas non deest, neq; scientia plenus diu queres quid facias, neq;  
dictum punctum temere proieceris. Talia opera artis laudem merentur, quæ et  
amabilia, et libera, et minime anxia, rectaq; videantur. Talia probantur ab omni-  
bus quod bonitatem diffusam per omnes partes suas contineant. Sed imperiti et  
artis ignari nihil boni rectiq; vniq; elaborauerint, quamuis manus libertatem quæ  
maxima esse possit consecuti fuerint. Quin illa tum libertas carcer putandus, cum  
ad errores deuinciat. Nihil igitur hoc potest absq; arte, neq; hæc multum sine vsu esse  
cerit, coniuncta ergo, ut diximus, hæc esse debent. Vnde manifestum sit cognoscen-  
dam studiosis harum rerum, mensurationum rationem, qua perfectæ admirabi-  
les successus consequuntur. Neq; enim humanam effigiem regulæ aut circini vno

ductu designari, quare singulatim punctis per partes suas, ut ostendimus, describi  
neceffe est. Nihil autem quod mensurationis rectitudine caret probari poterit.

Video accidere posse, ut hæc nostra præcepta aliqui in grandibus imaginibus se-  
cuti aberrent imperitia quidem ipsi sua, sed in me culpa translata, quasi de illis  
parua quidem recte perficiantur, sed grandia non item. Sed hoc fieri non potest.  
Nam si parua laudas, cur reprehenderis grandia? Si enim illa improba sunt, faci-  
le concessero grandia reicienda, hæc enim dissimilitudinem illam donitatis et prau-  
tatis non admittunt. Ut circulus non minus exiguis rotunditatem suam tuetur quæ  
ingens, et quadratum similiter breuibus et prolixis lineis recte clauditur. Congruunt  
enim proportionum rationes in magnis non secus ac paruis, velut in cantibus quam  
enim octauam vocant, vnius cuiusdam toni est, siue vox tinnula seu obscurior fuerit.

Postremo sciendum demonstratas imagines etiam insuper ac multipliciter quis  
dem variari posse, sed ita ut mensuratio profus eadem et imperturbata relinquatur.

### Finis libri Tertij.

**Alberti Dureri liber Quartus picturae de  
flexionibus et gestu descriptarum  
Imaginum.**


**Demonstratis superioribus tribus libris aliquot**

rationibus effingendi imagines ad certos et debitos, easdemq; variandi ad diuersos modos. Superest vt indicetur etiam via flectendi illas pro cuiuscumq; voluntate, et vertendi in iuncturis artuum, inq; nexibus membrorum, sic quidem vt natura fere videatur. Quis autem vsus quæue pulchritudo inest illis rectis et rigentibus formis sicut doctrina nostra superiorum librorum designatæ fuerunt? Cæterum quamuis scitum membrum aliquod corporis præstansue sit, tamen de formi gestu dehonefari, et ignobilibus contemptiuq; elegantis quasi compositione commendari solent. Jam membrorum tractatus q̄ admirabiliter a natura in se coagmentata et innexa illa sine, non est huius operis neq; propositi nostri. Eumq; relinquens anatomicis istis, nusq; nisi forte necessitate coactus attingam. Sciendum igitur sic quemadmodum docuimus factas imagines, quæ quidem oblique sunt flecti in spina tota a ceruice vsq; ad eoram per et intra omnes transversæ ductas lineas. Ita tamen vt magis pronas q̄ supinas efficias. Hæc flexio vniuersa designari debet in vltima parte 4. densitatis versus tergum, per et intra omnes, vt diximus transversas, præter q̄ vbi cõpendium flexura est in summi femoris media linea. Ipsum in sua linea genu, versus iuxta tali lineam, et si vsus fuerit in medio sui. Digni per articulos suos flectentur. Brachium flectes in humero, cubiti nexu, iunctura manus. Digtos autem in suis quosq; articulis siue nodis. Sed imago aduersa verumq; in latius flecti consuevit a collo per totam spinam dorsæ, quæ vt facilius animaduertentur flexionum notas in rectis imaginibus, suis vbiq; locis apposuimus figura paruulorum triangulorum aut orbiculorum. Quia vero simplex flexionum ratio non est, quo disertius omnia explicari possent. Differentias illarum aliquot proponendas diximus, de quibus pro intelligentia nostra totam hanc doctrinam exponemus. Est etiam magna cum cura animaduertendum status ipse et facies imaginis quam velimus esse, siue feram seu blandam, quarum illa horridio: et asperior, hæc amabilior: et suauior: esse debet. Sed flexionis differentiarum hæc fere nomina sunt.


Inflexum	Directum
Curuatum	Contortum
Versum	Dimotum.
Implexum	

Secundum has differentias quas sex nominibus appellauimus corpus humanum flectitur, pluresq; ac pauciores simul pro motu suo. De quibus quæ fuerit sententia animi mei lineis in sequentibus declarabo.


Primum igitur sciendum me sensisse. Inflexum alio  
quid dici ad talem modum. Esto linea recta. a. b. inq; illa  
notentur duo puncta. c. d. in quibus si inflexeris de recti-  
tudine sua lineam in quamlibet partem, sic tamen ut in-  
tra puncta designata particulae non curventur, sed ipsis  
quasi articulis punctorum fiat inflexio, inflexum te fecis-  
se de nostra intelligentia scias.



Secundo curvati aliquid accipiendum, quod rectitu-  
dinem suam prorsus amiserit quocunq; modo, late enim  
patet. Ut esto linea. a. b. circuli segmentum, aut supra ac  
infra, aut supra, in medio, et infra, proq; omnino unius  
cuiusq; arbitrio.




Tertio verum dicimus tale. Esto linea. a. b. et. c. d.  
quarum una imponatur in alteram, ut ambae una esse  
linea videantur. Postea notetur in medio illarum pun-  
ctum. e. et in illo coherentes vertantur, sic uti supra atq;  
infra diuarentur.







Quarto Implexum dico, vt. a. b. c. d. Implexas  
descripsimus quasi cerebellatim.



Quinto, Directum et contortum hoc voco, cum  
linea vel explicatur et erigitur, vel quasi complicatur et  
contoritur, vt fiat aut longior: aut breuior: quod aliter q̄  
duabus lineis vna longiore, breuiore altera, ostendere  
non potui.



Sexto, Dimoueri intelleximus, cum duæ lineæ in  
se impositæ vt vna viderentur, ita separate essent vt  
neutra contingeret alteram. Quod ipsum diuersi mos  
di est. Nam in paralelis in omnes partes et vna obliq̄  
qua et in curuis accidere, et separatio pro cuiusq; arbi  
trio insitui potest. Huius rei exemplum apposuimus,  
in designans lineis. a. b. et. c. d.



Sed hæc ut in lineis demonstratur ita memineris et in superficie quam plantam et in mollibus corporibus quæ insuper lata densaq; intelligimus accidere. Latia cili similiter ut lineæ, quas et ipsas complectantur inflecti, curuari, verti implecti, dirigi, contorqueri, dimoueriq; solent. In humano autem corpore quomodo singulatum vsurpentur nunc deinceps docebo.

Primum quod inflexum nominauimus, Est in corpore artuum, id est, iuncturarum. In illis enim membra inflectuntur, quæ tamen retineant rectitudinem suam, ossa si flectere velis, frangas. Quare demonstrauimus hoc de lineis inutilis quæ cetero in punctis cohererent et essent rectorum particularum.

Secundo curuantur in humano corpore verti et carnes. Nam cum in latus, aut prorsus retroque corpus flectitur, Nerui etiam et caro curuantur, ut alibi cauula, conuesiula alibi appareat.

Tertio de membris versionem nominauimus, ut cum caput vertitur, similiter et brachia et pedes, et truncus ipse, atq; adeo pleraq; omnia membra in corpore.

Quarto implexionem scies in neruis etiam et carne accidere in corporis versionem, cum mollia impleta in corpore sunt, ut in collo, trunco, brachio, pede.

Quinto notabis directionem et contorsionem in humano corpore per sepe vsurpanti illa extenuat, hæc inspissat. Cuius rei tale detur exemplum. Est brachiū extenderis ut directum sit. Nimirum intenduntur et nerui, et carnem in longitudinem extenuant. Sed si idem contraxeris ut contortum sit, contorqueatur etiam et comprimatur, caro ad spissitudinem, idq; vsu venit et aliis in partibus.

Sexto dicimus in corpore unam partem ab altera dimoueri, cum quasi separate discedere videntur in latus, aut prorsus, retroq; vsus. Itemq; in curuationibus et inflexionibus carnes dimouentur, et quasi a sese recedunt foras, inro, aut in latus.


Cæterum seorsum differentie possunt et semel omnes in corporis motu accidere, sic uti membra, inflecti, verti, et separari dicantur. Interea caro et mollia in corpore curuantur, implectuntur, contorquentur, parteq; a se mutuo naturaliter vergi cernuntur.

Ex his igitur quæ demonstrata sunt, suas quisq; imagines, in quo voluerit, et ve res posset gestu constituere poterit. Sed cauendum ne a naturali constitutione disces datur. Quibuscumq; autem rebus vis affertur, illas deformari necesse est. Vitabitur etiam hoc loco nimium et parum. Quibus aut furiosus aut somnolentus imago reddatur quod est culpandum, nisi in proposito forte faciendi ad hunc vel illum modum imaginem. Intelligendum autem horum omnium vsus esse in humanis et viribus ac muliebribus, similiter et bestiarum, ut equorū et aliarum animalium imaginibus.

Sciendum etiam supra descriptas imaginum staturas, Non retinere in flexionibus omnium partium, neq; æquabilem mensuram latitudinis et densitatis. Nam in motu appareat vni parti quasi decedere aliquid spacii et accedere alteri, ita consequitur in opere mutatio, quæ ut rectius perficiantur, elaborandum est studiosis harum rerum in multis exemplis, quæ ad viuorum corporum similitudinem exprimant. Ita cili facile deprehendens omnium partium modum, qui nobilissimus esse debet, ne in opere erretur.

Præterea ad æquandas flexionum effectiones, vna est maxime scilicet in vobis  
 via de multis. Si in designationibus præcipue partes imaginis intra transuer-  
 sas lineas, quadratis angularibus figuris includantur. Hæc sunt apertè in delineati-  
 onibus et prima operis institutione. Eodem autem modo et capitis spacium compres-  
 sendi solet, et colli, et particulatim totus truncus, vsq; in cinetum. Inde ad summum  
 vsq; femur, et hinc vsq; ad genu, et consequenter tibie et calces. Idem et de brachijs in-  
 telligendum. Nam angularibus figuris aptissime declarari poterunt omnia omnis  
 bus in corporis partibus lineatim punctatimq; ut singulorum situs de parallelis lineis  
 is erectis et transuersis intelligatur. Sed illos omnes quadratos aut rectangulos fieri  
 nequeunt, suntq; lateribus et angulis ad subiectas partes corporis adaptandæ, ut in  
 intelligentiæ veræ adiumento esse possint.


Verum ut præcepta flexionum exequar, faciam pro mea consuetudine, ut exco-  
 ptis explicem. Proponatur igitur Effigies virilis primo libro ac loco descripta, Et or-  
 sumq; primum caput. Quod quidem rectum ad perpendicularum in laevis vertatur.  
 Illam supra erpositam depressam faciem constitues ita ut te spectet, sed quasi circum  
 agendo in angulum propemodum collocabis non tamè ita ut plane angulo insistat,  
 quo facio cum cernas angulos notatos suis numerorum notis. 1. 2. 3. 4. et ijs singulis  
 sursum lineas <sup>παραλλήλων</sup> duces quam altis illis vsus egere videbitur. Atq; ita des-  
 scriptio latitudinis cristæ quadrilateri in quod versa facies includatur. Postea subis-  
 cie erectis istis lineis vnam longam transuersam notatam punctis. 1. 2. In quam  
 impones faciem aduersam supra dextram uersus, et beneficio transferentis deductio  
 transuersas omnes aduersæ faciei per illas quatuor erectas, ut docuimus lineas. Has  
 debisq; iam in hac noui quadrilateri distinctione designata omnia loca, frontis, sus-  
 periciliorum, oculorum, nasi, aurium, buccæ et menti. Postea educito ex omnibus an-  
 gulis depresso faciei suas singularum partium lineas et ipsas <sup>παραλλήλων</sup> sursum  
 per transuersas iam indutas. Ita designabuntur et his, nasus, oculi, bucca, mens-  
 tus, aures, frens, collum, capitis rotunditas, siue cranium. Apparebitq; in quibus  
 et intra quas singulæ partes exprimentæ sint, quarum et expressione forma conuenis-  
 ens veræ faciei et quasi respicientis inducetur. At hæc ratio, ut error deuitetur, singu-  
 larem poscit diligentiam. Nos ad certius omnia demonstranda ipsius descriptionis  
 exemplum subiecimus.




Eodem modo quo principalem faciem vertimus ut quasi respiceret, ita nunc deinceps ostendam rationem qua reclinata vertice et mento elato ita constituatur ille ut quasi suspiciat. Ea esto talis. Oblique faciei quadratum instructum de superiorum scriptorum doctrina. Constitues in posterioris lateris inferiorem angulum in lineam transversam longiusculam. x. y. angulum autem inferiorem prioris lateris ubi mentum inest, eriges. Postea lineam transversam et ipsam longiusculam *transversam ad lineam x. y.* impones supra ut eminentem angulum quadrati attingat, ea sit. s. s. Hinc deinceps adicies adversam faciem suspicientem hoc modo. Intra transversas illas duas longiusculas designabis totius faciei adversae latitudinis spacium lissis perpendicularibus duabus. a. b. Et intra has etiam distribues reliquas lineas suis notis ut in principali sunt postice, nempe. c. d. e. f. g. h. i. f. quibus ipsis latitudinis partes designentur. Dum deinde beneficio transferentis deducito ex obliqua facie omnes lineas transversas in quadrilaterum iuxta positam adversae faciei, summi

capitis, frontis, superciliorum, nasi, aurium, buccae, mentis, colli, aliorumque quibus opus fuerit. Ita cancelli isti facile ostendit quas quibus locis partes suspicientis faciei imponere debeas, sed tunc diligentiae fuerit in formae expressione, quae in quem locum cadant infallibiliter animaduertere. Ceterum ut hac ratione quasi suspiciens facies ita et despicens effingetur. Si ita feceris quasi despicentem, quadratum obliquae faciei, tunc quo melius declararentur, utramque faciem suspicientem ac despicentem efficiam ad nostram doctrinam subiecimus.

In utraque etiam facie licet usurpare versionem, id est, facere quasi in hoc gestu respicientes, Quod ipsum illas mutare, et in opere mirabile videtur. Huic quidem in utramque partem rationi depressiones seruiunt, quae fuerint harum facierum, suspicientis in qua et despicentis. In tali variatione depressionum, dictum mirum quantum artibus comprehendatur, quantaque omnium certitudo appareat. Neque putandum his in faciebus solummodo locum esse, cum possint ad totum etiam corpus accomodari. Ut enim faciem docuimus deprimi, ita si res postulauerit, totius corporis depressionem faciemus. Sed hoc priusquam agrediatur, imaginis gestus constituetur, scruis quoque omnes pro voluntate cuiusque componentur, atque ita singulis e locis et partibus ad depressionem, demittentur perpendiculariter lineae.





Ut autem rectius intelligi possit doctrina nostra flexionum, et quales erant de his imagines, proponam nunc deinceps principalem imaginem virilem longam spaciorum capitis sui septem, flectendam ijs in locis in quibus flecti conueniens fuerit. Sumatur igitur descripta facies despicens obliqua, et imponatur in aduersae effigie truncum, apparebitq; respiciens sinistrum latus suum. Sed faciem despicentem aduersam impones in obliquae imaginis truncum, bisariam enim proparata puncio palis effigies esse debet. Post haec flectes supra lumbos in latus sinistrum, et apparebit elatio: humerus dexter sinistro. Insuper flectes per spinam dorsii in aliquibus quidem transuersis, ne in vna recta linea corpus inclinandum sit. Et sinistrum brachium diriges, sic ut protendi videatur. Infra lumbos coram inflectes paululum in sinistrum latus. Et pedem sinistrum respondentem ad caput figes ut illi insistere videatur. Rectum autem diriges ut in dextrum latus paulisper protendatur. Ipsamq; tibiam infra genu relectes quasi retrahens, ut hac parte digitis insistere videatur.

Ad hunc modum delineata imagine aduersa, tum deinceps accomodatur, et obliqua traductis beneficio transferentis omnibus transuersis, quibus omnium partium loca clare demonstrantur. Secundum quae de nouo forma conueniens exprimi debet.


Similem rationem sequeris in flexione muliebris imaginis accomodatae superioris virili, sed nos contrarium gestum expressimus in exemplo. Hoc est suspicientis faciei. Duce tamen et ipsa in sinistrum latus spectet, ut illa viri. Cuius quidem corpus ut in idem latus flecti iussimus, ita praecipimus hoc muliebre flecti in duersum hoc est dextrum, conseruata tamen muliebris constitutionis modo, quo facto in traducendis lineis, decurres ad transferentis opem, faciesq; ut faciendum in virili imagine ostendimus. Horum exempla articulate infra expressimus, quorum quisq; contemplatione instrui possit. Sed intelligendum non ad hanc tantum usus rationem hoc pertinet. Sed viam etiam monstrare ad alia atq; adeo diuersa faciendi, ut cuiq; liberit. Praeterea sciendum, flexas singulas partes in transuersis lineis, pro rei conuenientia viri quoq; insuper posse. Ut verbi causa. Si humerus virilis sinister dexterus sit coram versus, conuertere etiam eandem et quasi versare retro. Dextrumq; velut pro mouere poteris ipsa illa corporis parte tanq; se vna mouente et subsequente gestum. Ita vbiq; facias, et copiosius q; pro scriptura hac vsurpes omnia licebit.

Sed iam percurſa ratione flexionis aduerſe imaginis in verumq; latus, propoſitam dincepo modum ſlectendi proſus et retroſus in obliqua imagine, quæ primū conſtitui debet. Ut autem ſupra principali effigie ſum vs. ſ. deſcripta primo libro ac loco. Ita nunc ſumatur ſlectenda eodem libro ſed loco ultimo deſcripta effigies virilis ac muliebris cuius altitudo conſideretur ipſius capitum ſpacijs decem. Hæc conſtantiſſimas magnam euidentiſſimam habebit, in comparatione breuitatis et denſitatis, et altitudinis ac gracilitatis vtriuſq; maxime.

Principio hanc effigiem principalem facies quaſi inſiſtere pedi dextro, ſed leuim retrahes quo cum ipſo vna etiam nates ſequentur, genu autem incuruato retrahetur et tibia, vt hæc in parte digitiſ inſiſtere videatur. Poſt hæc in linea vmbilici ordiere ſpinam doſi ſlectere retro nonnihil incuruans, ſupraq; iuxta iugula producens curuaturam vltra rectam lineam deſignatricem altitudinis, vt hæc ipſa flexio ſegmentum circuli plane obtineat. Cum collum bene incuruabis, vt caput demittatur et facies ſit deſpicientis, vt autem ſtatus æquabilis et quaſi libratus maneat, ſit directione ſiniſtri pedis et brachij dextri retroſum.


Virilis imaginis ſteruram alicubi variabis in effigie ſua muliebris, ad hunc modum. E cinctu retro inſlectes per totam ſpinam vsq; ad cervicem, et brachium dextrum retroſum diriges. Poſtea e cinctu vsq; ad ſummum femur nates retro ſlectentur. In cora dextra ita ſlectes vt femur genuq; dextrum prætereant lineam fixam altitudinis. Sed infra genu tibiã retrahes. Ita corpus liberaueris, ſiniſtro pede vt digitiſ inſiſtere videatur. Deinde cum tranſferente traduces tranſuerſas omnes lineas quibus altitudinum initia et fines notatæ ſunt, ex aduerſa imagine in obliquam. Et latitudinem ac denſitatem prædeſcriptam accomodabis, et coras vertes in dextrum paululum latus, habebisq; hanc de nouo imaginem in geſtu deſignatam, quam inductione forme perficies ſicut me feciſſe videbis. Hæc iterum moneo in exemplis proponi a me vt generalem doctrinam, ne quis putet ad hunc vnum ſe modum a me alligari. Flexiones enim imaginum pro ſuo arbitrio quiſq; uſurpare, et ſedentes ac cubantes inq; omnibus apertis viuo corpori geſtibus exprimere poterit, omnibus modis ac generibus. Itemq; vt oſtendi quaſdam flexiones in duabus propoſitis imaginibus vna breuitatis et craſſitudinis, altera longitudinis et gracilitatis, ita licet facere in omnibus alijs imaginibus, quarum commenſurationes in ſuperioribus libris a nobis ſunt demonſtratæ.

*Imago virilis rustica, cuius altitudo continet septem capitio sui spatia.*







*Hoc loco lineae rectae designatrices partium omiffae funt.*




Imago mulieris rustica, cuius altitudo continet septem capitum sui spatia.





Hoc loco lineæ rectæ designatrices partium omiffæ sunt.







Hoc loco rectæ lineæ designatrices partium omiffæ sunt.











Sequentes imagines fecit eadem flexuras quas ille prior accepit.



















In sequentibus recipiam in manus rationem curuandi imagines. Itemq; di-  
 motionis, versionis, inuersionis, directionis et cōuersionis, ostensurus aliquem vsuū  
 horum, ut in flexionibus et uersionibus supra fecimus. Hæc declarabo duobus corpo-  
 ribus, ita enim rectissime intellectum iri confido, ea erunt quadrata inpositumq; uni  
 alteri. Meminerint autem lectores hæc in parte aliud esse superficiem, aliud corpus.  
 Nunc igitur cōsideretur, si intelligas hæc corpora mollia esse, quomodo quasi diduci,  
 dirigi, contorqueriue, et ad alios memoratos modos effingi queant. Horum demon-  
 stratio esto talis.

Statuantur alicuius membri loco duo quadrata corpora, utriusq; autem super-  
 ficiem contiguam alterius notabis suis quibusdam punctis, ut discrimen illarū con-  
 stet. Ut verbi causa, angulos superficiē inferioris corporis superioris notato literis  
 quatuor. a. b. c. d. Et angulos superioris superficiē corporis inferioris numeris qua-  
 tuor. 1. 2. 3. 4. medius autem in his ambobus punctis ponatur. o. In quo semper iun-  
 cta illa sint et ex quo nunquam excedant, in omnibus tractationibus suis. Post hæc  
 subijcietis his quadratum quod sit quasi fundamentum, et illa depressio figuræ de qua  
 sæpe diximus, cuius et ipsius angulos notabis literis et numeris, sicut ratio erigit de-  
 duciarum rectorum linearum transuerſentis beneficio, ita vnus angulus fortiorum nos-  
 tas. a. 1. vnus. b. 2. Itemq; tertius. c. 3. et quartus. d. 4. Quæ omnia subijcimus li-  
 neis notisq; suis expressa.



Et nunc propositum superius corpus in latus uertere, qua uersione omnes illius  
 anguli dimoucantur ab angulis subiecti quadrati, igitur in fundamenti seu depressio-  
 nis quadrato hæc fiat. Ut angulus. a. ab angulo. 1. et. b. ab. 2. c. ab. 3. d. ab. 4. discede-  
 re videantur. Ex quibus dimotis angulis si sursum beneficio transuerſentis lineas cri-  
 gas, apparebit statim superioris quadrati corporis uersio, quemadmodū et ipsum hæc  
 iuxta ipsa insistentia sibi corpora et subiectum fundamentum, clare effinimus.

Versionis huic rationi locus fuerit in omnibus transuerſis designatricibus par-  
 tium humani corporis lineis, ad exprimentendos naturales quoq; gestus, deq; hæc ipsa  
 ducta est descriptio superioris uerse faciei.



Sed ita verso superiore quadrato ut  
 anguli dimoti fuerint, debet studiosus  
 harum rerum etiam inclinationem expe-  
 riri, ut latera obliquantur, et mox in fun-  
 damento subiecto depressionem quoq;  
 tentare. Ut autem omnes anguli in hac  
 depressione notabiles sint, apponantur  
 superioris etiam quadrati superiori super-  
 ficiei literae quaedam. Illae sunt. e. f. g.  
 h. cum fuerint inferioris. a. b. c. d. Quae si  
 rite perfecteris, erit figura omnium tas-  
 lis, qualis est a nobis subiecta, explicata  
 in fundamento rectis lineis variatione,  
 quae perducit beneficio transferentis con-  
 sucturunt.


Deinde verso superiore quadrato ut  
 ostendimus bisariam et in laus inclina-  
 to, tentetur tertia quaedam ratio proclina-  
 tionis in aduersum superioris quadrati.  
 Punctus autem. o. quem medium feci-  
 mus debet semper immobilis remanes-  
 re, nisi forte aliquis necessarius usus con-  
 mouerit. Ita vertetur quadratum illud  
 inq; latus ac prosum simul flectetur, ori-  
 de cum fundamenti depressio beneficio  
 transferentis erit, tum talis erit si-  
 gura qualem infra positum exemplum  
 continet.








Sed his etiam intellectis differentiis flexuræ et versioris aliorumque motuum demonstratis in quadratis illis corporibus, adhuc tamen restat implexio, cuius cognitio non est negligenda. Iplexio autem accidit lineis lateralibus ab angulo in angulum ductis, cum quibus una etiam superficiem simul implecti contingit. Quæ ratio non est diversa ab illa supra indicata curvationum, nisi quod implexio lineas committet, cum illic quasi terrellatum, ut dictum est ducantur. Iplexionis autem est cuiuslibet usurpatio qua efficitur ut nihil priorum suam figuram retinere videantur. Idem et depressio iis quæ implexa fuerit aliud longe a prioræ fundamentum apparet, quemadmodum in nostris subiectis effectionibus cernere licet. Accidit autem hoc necessario ut mutatio figuræ depressionem altam pariat. Vbi sciendum ea quæ vertantur, in depressione vertenda esse, unde figura erigatur, Quæ autem flectantur in figura esse flectenda, Unde in depressionem demittantur.



Quo autem duobus quadratis corporibus sim in harum rerum demonstrationibus usus. Nemo arbitratus sit non etiam alijs his figuris accidere. Vident enim hoc non quadrata semper, sed interdum elata prolongare, id est, altera quamvis parte longiora, nec non multorum laterum et polygonorum, pro erigentiæ partis et forme designandæ, quo ipso sit ut neq; latera neq; superficies neq; anguli et qualitatem aut rectitudinem retineant neq; quicquid omnium sibi in aliquo corpore simile appareat. Hæc si quis tractanda in manus ceperit intelliget non frustra hanc mentionem a me habitam esse. Cæterum eadem plane est ratio mutaturæ quocumque modo figuræ flectendæ ac versandæ, cum ea quam de quadratis corporibus exposuimus. Eorum autem humanum corpus poterit aliquis hæc sequens in angularem figuram includere, sed in qua summa sit inæqualitas. Idemque usus fuerit in alijs plurimis rebus. Omnes enim naturales res in suo statu designatas poterit iuxta transuersas significatrices partium seu membrorum vertere ac flectere in latus aut prorsum retrosumque. Et loca quadratis vel angularibus figuris designare, gestumque esse fingere imaginis pro arbitrio tuo, stantis, sedentis, cubantis. Ita in propofita imagine licet partes omnes designes quadratis aut angularibus figuris, et postmodo de tuo arbitrio exquiras flexus et versiones. Ita inuenient illic differentiæ supra memoratæ dirigendi, contorquendi, curuationis implexionis, unde operis ratio et via aperitur, quia nihil vtilius ad certitudinem indicari possit studiosis artificij marmoræ aut lingna scalpandi.

Hinc enim deprehenduntur in quaque superficie angulari, ea quae refecari debeant ne plus minusve relaxentur. Sed his non occupantur periti et exercitati artifices, nisi in grandibus et singularibus operibus. Volentque in descripta imagine flectus punctis notare, atque ita mox variatam mutatamque formam de nouo effingere. His de rebus non me fugiat quod difficile sit scriptis doctrinam complecti, quodque lectoris ac discipuli eorum esse possit in hac crebritate punctorum et notarum, et verbositate repetitionum. Verum compendia multa sunt quae in his sequentes minus fatigentur, et facile finem perant, absque quo foret. Difficultas huius artificij insuperabilis esse videatur. Qui se igitur multum usu et experientia harum rerum exercere voluerit, cotidie inueniet aliquid expeditius et facilius. Cui operae nihil optabilius fuerit bono magistro, quae cum absque interprete discenda sunt, multipliciter maiorem laborem fatigationemque parere solent.

Horum quae diximus in imagine vtrius exemplum subiecinus effectum. Ea imago erit illa supra in secundo libro descripta cuius altitudo esset quidem ipsius capitis spatiorum nouem sed facto capite clauisculo, non consulerit eadem mensura nouem numerum capiteum. Huius igitur imaginis formam obliquam aduersamque inclusimus vndique quadratis et angularibus figuris, quae ipsae quidem et clauiores et humiliores de transfuersis distinctioribus ipsarum exeunt, suntque inaequalia propter formam partium quibus accomodantur. Huius imaginis etiam altitudinem nouem sectionibus distinctis in decem figuras angulares. Sectionum autem haec sunt nomina. Transuersa linea menti, Scapularum, Jugularum, Mammarum, Emctus, Corarum, Summi femoris, Veni, Imitali sub tibia. Sed maiore claritatis gratia, imaginis primum formam vndique inclusam quadrangulis figuris linearum expressimus obliquam et aduersam stantem et etiam absque flectu, protenso brachio dextro, sinistro dependente. Sed in parte altera carae carnes tantum quadrangulares lineas non figuras insipientes sibi, omissa formae effigione. Postea haec ipsa quadrangula imposita in se, et includentia imaginem, aspices in se in fundamento depressa, beneficio transferentis ita ut separatim de capite factum supra vidisti. Postea seorsim sectionum illarum singulas orbundationes consentaneas quadrangulis suis descriptimus, quod expiendum est et in aduersa et obliqua effigie. Atque ex hoc apparet quid in singulis sectionibus quadrangulorum superficiei decedere debeat. Hoc loco aduertendum, cum quadrangularis superficies in eadem sectione una est superioris corporis altera inferioris quae in se imposita sunt. Tunc intelligi etiam vtriusque vnam et eandem circumductionem. Quadrangula etiam sectionum seorsim expressita cancellatim lineis distinctissimas, ut si quid versum flectum fuerit, debite de his informari possit. Alicubi enim contingit quadrangula prolongari ut comprimantur alicubi Rhombos effici, tum igitur secundum haec partium formam debite rotundare oportebit, cum autem quadrangula Rhombi sunt consequenter et cancellatim lineae duae secundum eam figuram cadunt. Cum autem aliquid quod amplius esset angustum factum fuerit, vere admodum Varians cuius in prior libro Schema expressimus. Postea has sectiones vniuersas depressas in fundamento quasi coaeruauiimus, omisso quadrangulis, ut perspicui possent qualis esset illarum in se incidentia, et quatenus vna alteram excederet.



Caput

Mentum

Scapulae

Juguli

Mammae

Emiculae


Coxae

Femur


Genu

Manum tali

Plantae








1  
2  
3

4  
5  
6  
7

8


9  
10




Post hæc libet exquirere quæ sit diuersitas aspectus istarum sectionum cum non  
 magis recta in suis quadrangularibus superficibus insisterent sibi, sed fuerint motio  
 ne quasi impulsæ. Quorū declarandum gratia proponatur exemplum. Quadrang  
 gula sectionis quæ acciderit intera mammas et cinctum. Hoc ipsum solidum qua  
 drangulum imponatur primum oblique forme rectam in transversam lineã, et an  
 gulos supra ubi de mammis resectum sit notabis literis in priore parte. a. b. in poste  
 riore. c. d. Sed ubi resectum sit de cinctu, notabis frontem. 1. 2. tergum. 3. 4. Hinc  
 subijcies fundamentum suum seu depressionem, notatam et ipsam similiter literarū  
 et numerorum esse in notis. Ne omnia sibi mutuo respondeant. Deinde oblique  
 forme recte impostum in transversam quadrangulum, flectetur per notas spine  
 profusum. Subijciturq; et eidem depressio sua, notabunturq; anguli quicq; suis literis  
 suisq; numeris. Ita proclinatum hoc corpus acceperit nouã depressionem. Eundem  
 de hæc depressio in priore parte ubi pectus sit, vertetur profusum in aduersum et bene in  
 rectum latus subter memoratam lineam transversam. Quo facto et omnibus notis  
 literarū ac numerorū educuntur linee sursum ultra transversam. Quorū per has, ut di  
 ximus, erectas lineas ex literis ac numeris suis, traduces transversas et oblique for  
 mæ quadrangulo impostum in transversam, ut initio dictum est, idq; transferentis be  
 neficio efficietur. Notentur autem quæq; literæ ac numeri, et omnia euidenter con  
 stabunt. Atq; ita laterum linee describantur, apparebitq; illa in latus verso. Erigat  
 iam hæc pars flexa profusum, et versa in latus. Eum postea ipsa hæc ita flexa et versa  
 pars in dextrum latus super transversa flectetur per spine notas. Atq; omnibus ex  
 angulorum literis et numeris, huius rectæ partis et flexæ profusum, itemq; versæ et

ficeæ in lateris deduces perpendicularares, perq; illas transfuerfas ex omnibus literis ac  
 numeris depressionis ver fce duces transferentis beneficio. Vbiq; cernuntur feffe in li  
 teris ac numeris fuis fciñdere, illis in locis laterales circumduces lineas, et congruen  
 tia omnia reperientur. Intra autem has cancellos diftribues linearum de obliquo et  
 aduerfæ forme fectionum nouatis quadr. angulis, pro latitudine et denfitate fuperio  
 re et inferiore, idq; fiet beneficio variantis. Poftremo forme effiçionem per cancellos  
 infcribes in erecta fimul ac depreffa parte, qualis infcribi debebit, et vt nos feciffe cer  
 nes. Quemadmodum autem docui hanc partem tractari poffe. Ita de omnibus li  
 cet faciat aliquis. Neceffe autem fuerit hæc habere præparata, ad imagines in gefu  
 fuo pofito corripendas, et cum afpectui quafi fubtrahere quis ac fuffurari voluerit.


Huius variationis vfus  
 pertinet ad fectionem  
 mammari in obliquo.



Huius variationis vfus  
 fuerit ad fectionem mam  
 marum in aduerfo.



Huius variationis  
 vfus pertinet ad fe  
 ctionem cinctus in  
 obliquo.



Huius variationis  
 vfus fuerit ad fe  
 ctionem cinctus in  
 aduerfo.




Sed nunc ostensa hac ratione exemplo manusculce partis propositae de humana  
 effigie, nempe eius quae esset intra mammas et cinctum, ex quo per omnes partes in si-  
 stentes sibi quid fieri deberet intelligi posset, cum de recta linea status variaretur. Exes  
 quar eandem nunc deinceps rationem in flexionibus omnium ordine partium in clus-  
 sarum quadrangulis suis. Quarum statum et ponemus pro arbitrio nostro et varia-  
 bimus relinquentes unicuique libertatem facienda ut ipse voluerit. Et ad hoc quidem si  
 quid ante ipso aptum aut utile forte expositum sit, etiam nunc resumemus. Ceterum,  
 ut ante quoque monuimus diligentia hac in parte opus est, cum omnium partium in  
 suis quadrangulis commotarum alia sit quae dudum forma in descriptionibus, et stan-  
 tum et depressarum, primam autem flexi pars aliqua solet profusum aut retrosum,  
 Deinde in latus verti, mox etiam flexi in latus, quae omnia ex hac ratione convenien-  
 ter deduci consueverunt. Quod autem in sequentibus aliquid prius dictorum repetitum  
 inueniatur, sciendum necessitate factum, ut sequens doctrina cum antecessa congrue-  
 ret. Aliquantisper etiam cogitavi illo esse unico exemplo contentus, sed verius sum ut  
 ex illo partium intelligerentur reliqua. Proponam autem principio, Imaginis initia-  
 sem partem, id est, quadrangulum capitis, cuius tractationi erunt similes aliarum  
 quoque partium tractationes. Notantur autem primum superiores anguli quatuor li-  
 teris, a. b. c. d. Inferiores autem numeris, 1. 2. 3. 4. Ita ut, a. ad 1. b. ad 2. c. ad 3. d. ad 4.  
 respondeat. Postmodo spectans obliquam faciem, promotam illam a linea altitudinis  
 imaginis flexo profusum ut despiciat. Et hoc depresso efficienda, unde cognoscatur  
 quam longa superiora inferioribus prominentiora sint. Haec notantur litera, A. pos-  
 sita obuerso contra me depressionem ut aduersa facies fiat et aspicies. Verteque a  
 fronte nonnihil in latus dextrum. Atque ita erigo lineas ex omnibus punctis literarum  
 et numerorum. Deinde ex literis et numeris iuxta postice obliquae faciei despicies  
 A. beneficio transferentis lineas protraho transversas per illas erectas. Vbi igitur ses-  
 siones a literis et numeris coinciderint, ibi anguli designantur supra literarum in-  
 fra numerorum. Cum autem suis notas lateribus coniunxi, tum apparet aduersa fa-  
 cies, de obliqua illa flexa profusum, et versa in latus, cum ipsa erecta tum etiam depres-  
 sa. Haecque ipsa notantur litera, B. sed insuper etiam cognoscendum qualis haec ipsa  
 pars, B. in effigie obliquata erecta depressaque appareat. Nam scitu opus est  
 qualem quicquid in effigie in obliquo et in aduerso formam fortiat. Jam igitur  
 hoc pars, B. in aduerso profusum flexa et in latus versa deinceps ita obliquabitur. Des-  
 pressionem obuersam contra me ut aspicies fieret, sicut dixi. Hanc reueres et quibus  
 liter ut obliqua fiat. Moxque eriges ex huius depressionis literis ac numeris lineas ex  
 transferente, ubique iuxta erit aduersa flexa versaque facies, ibi traduces ex omnibus  
 punctis numerorum et literarum transversas cum transferente per illas erectas ex  
 depressione lineas. Atque ita ubi cernes sese lineas transcurrere, ibi impones notas lite-  
 rarum ac numerorum et latera iunges. Ita habebis depressam et erectam formam  
 huius partis, cui addes nota litera, C. Ex his deinceps inuenienda est haec eadem pars  
 flexa profusum, versa in latus, etiam in latus flexa, cuius rationis aliquid supra attigi-  
 mus, sed nunc ita facies. Erectam partem, B. flexas in latus dextrum, iam ante versam  
 in idem latus et cum reliqueris illi subiectam depressionem suam, ita postmodo illam  
 convenientem huic flexurae efficies. Variari enim oportet ut superiores anguli, a. b.  
 c. d. quasi cadant in latus dextrum, Inferiora autem latera, 1. 2. 3. 4. coarctentur quae

admodum et superiora. a. b. et. c. d. Id hoc pacto fiet. De transferente duces ex angulo-  
 rum superiorum literis. a. b. c. d. perpendiculares in depressionem, et apparebit sicut  
 tim abscisso ac productio linearum. a. b. et. c. d. declarantur enim lineis literarum des-  
 missis superne in depressionem. Similiter et demittuntur lineæ ex punctis numero-  
 rum. Quibus et ipsis ostenditur quanto arctiora fiant latera. 1. 2. et. 3. 4. in hac depres-  
 sione quæ dudum fuerant. Atque ita cerne qualis in depressione flexura et quasi relectio  
 erisat ab erecta parte. Hucq; appones notam literæ. D. Quod ipsum, opus fuerit  
 perspectum habere, quale in obliquo videatur. Id sic consequere. Huius partis. D. de  
 pressionem constituto obliquæ, sicut supra de parte. E. dictum est. Quo facto eriges ex  
 omnibus punctis literarum ac numerorum lineas beneficio transferentis postea ex  
 parte notata literæ. D. Traduces transuersas per erectas. Et quibus in locis scindi li-  
 neas videris. illis appones suas numerorum literarumq; notas. Inductisq; lateri-  
 bus habebis formam huius partis obliquam, cui apponatur nota literæ. E. atq; ita  
 denum absoluta habebis huius partis obliqua et aduersa quorum in opere usus erit.


Post hoc propono quadrangulum colli, tractatoq; similiter et ad illum capituli  
 modum. Sed paulo minus profusum flectes pauloq; vertes minus in latius minusq; in  
 ipsum flectes. Ipsius etiam angulos literis. a. b. c. d. et numeris. 1. 2. 3. 4. insignies.  
 Atq; ita apparebunt forme partium erectarum et depressarum, maxime in posteriori  
 et ratione notæ. D. et. E. quorum sit in opere usus. Hæc ipsa custodies et in alijs se-  
 quentibus partibus imaginis sed inferiores quasq; minus flectes ac vertes, vt in omni-  
 bus ordo et consequentia seruetur. Atq; hinc apparebit corporis implexio in latius con-  
 uersa inclinatioq; ea quæ profusum quæq; in latius sit.

Cum autem ita progrediendo peruenieris ad partem quæ notatur sectione mam-  
 mæ et cinctus. Relinques illam recte stantē, sed conuerteris paululum in latius dextrū,  
 et quibus opus fuerit ea exprimes. Triplici autē expressione tantum opus est. Obliqua  
 propter primam depressionem quæ vertenda est, et erigenda, et tertia in qua versio  
 obliquatur. Et has depressiones notabis literis. C. D. E. neq; ordiere ab. A. vt semper  
 D. E. copulentur. Hoc etiam scies si depressionem aduersam vertere velis. Nunq; sus-  
 turum vt decipiaris, si primum inclusis eam partem quam versurus sis rectangu-  
 lo quadrilatero, atq; ita inclusam partem vna cum quadrilatero vertaris. Aut si ex-  
 quisiueris versorem iuxta lineam rectam perpendiculariter, animaduertens angus-  
 sine obrusi an acuti partis illius ad lineam exeant, obliquis autem vtere, vt ostensum  
 est ad transuersas rectas lineas. Nihilum erit corpus quadrangulum intra sectionē  
 cinctus et umbilici, quod in sectione umbilici promouebis seu flectes profusus. Et subij-  
 cios illi depressionem suam quæ quia est posterior signabis litera. E. Aduersam autē  
 partem notabis litera. D. Bisariam autem solummodo hæc pars exprimitur, quia  
 semel tantum flectitur. Et in aduersa quidem cūeducta fuerit erectis et depressione sua  
 lineis, et inductis per transferentem transuersis omnia plane recteq; apparebunt.

Hæc quadrangulara pertinent ad caput.



Haec sunt colli.




Hæc debentur summis Scapulis.

A


B

C



D

E




Hæc sunt superiores Thoiata.

A


B

C



D

E




*Haec vero inferioris.*

C

D


E



*Haec sub Circum applicentur.*

D

E



Hanc nostram doctrinā si quis vsurpandam in manus susceperit, primum imago  
 q̄nes particulatim vt recte commensuratione explicet et apta statuta effingat. Tum  
 flectat conuenienter, et suas illis depressiones subijciat, erigatq; inde perspectiuæ ar-  
 tis inscriuens rationibus, atq; de his laudabile probandumq; opus efficere studuerit.  
 Is facile sentiet quid fructus sibi utilitatq; hinc sperandum sit, neq; dubium mihi  
 est quim ipse hæc secutus cum plura tum etiam meliora sit exquisiturus. Neq; me fu-  
 git hæc multis in locis difficilia, intellectu vsq; visum iri. Sed his facile studium dis-  
 ligentiaq; succurret. Obscuritas enim scriptonum assidue lectionis et cura, vincit  
 semper solet. Atq; hoc loco sinitre placuit his de rebus doctrinā meam, quod si Deus  
 fauorem aspirarit conatibus meis, alias picturæ pluresq; rationes scriptis meis postea  
 modo explicabo. Ne nostrates pictores manuum tantum vsu, sed veris etiam præce-  
 ptis artis valere videantur, qua re neq; Deo gloriosius neq; gratius nostris homi-  
 nibus quicq; vt arbitror, facere possim.

Sinitis libri Quarti.

ELEGIA BILIBALDI PIRCKEYMHERI  
 in obitum Alberti Dureri.

Qui mihi tam multus fueras iunctissimus annis	At nos preseruans aderit quum gratia Christi
Alberte, atq; meæ maxime pars animæ	Hoc duce felices ingrediemur iter
Quo cum sermones potram conferre suauis	Interea moesti lachrymas fundemus amico
Tutus, & in fidem spargere uerba sinam.	Nil quibus afflictis dulcius esse potest.
Quis subito infelix merentem lingua amicum.	Accedentq; preces, summam placare tonantem
Et celeri properas non rediture pede	Que possint, quicq; si pia uota ualent.
Non caput opatum licuit, non tangere dextram,	Et ne quid tumulto desit, spargemus odores
Vltima nec tristi dicere uerba uale	Narcissum, uiolas, lilia, seras, rosas.
Sed uix tradideras languentia membra grabato,	Felix interea somno requiesce beato
Quum mors accelerans te subito arripuit	Dormit. n. i. Christo uir bonus hanc moritur.
Hæc spes fallaces, & mens ignara malorum.	EPITAPHIUM EIVSDEM.
Quon lapsu celeri cuncta repente cadunt.	Albertus postq; pingendo ornauerat orbem,
Omnia Durerio dederat fortuna secunda	Arcuq; tam lepida cuncta repleta ferent.
Ingenium, formam, cum probitate fidem	Nunc restat cælum, dixit, pingatur ut altum.
Omnia sed rursus celeri mors abstulit ausu	Mox terram linquens sycera clara petit.
Tollere sed laudes improba non ualuit	ALIVD.
Virtus namq; manet Dureri, atq; inelicta fama,	Ingenium, probitas, candor, prudentia, uirtus,
Splendebunt donec sycera clara polo.	Ars, pietasq; fides, hic tumultata iacent.
I decus i nostræ non ultima gloria gentis,	ALIVD AB EODEM.
Ductore & CHRISTO regna superna pete	Per lachrymas posset si uita Alberte, reueriti
Illic non uano gaudebis semper honore,	Non corpus uili hoc comeretur humo.
Pro meritis felix premia digna ferens.	Sed quia non lachrymis, nec stendo fits mouentur
Donec nos fragiles erramus mortis in umbra,	Mærendo tantum soluius infirias.
Et miseri cymba labimur instabili	



EPITAPHIA IN ALBERTVM  
Durerum, Eobani Hefsi.

Quo situs Albertus tumulo Durerus, eodem  
Picturæ ratio nota sepultra iacet.

ALIVD.

Artis & ingenij laudem si facta morentur  
Certum est Durerum non ponisse mori.  
Ergo sub hoc nondum totus iacet ille sepulcro  
Ingenij sumam vivus ad astra tulit.

ALIVD.

Quid properas subsiste parum lecture viator,  
Hic sicut Dureri molliter ossa cubant.  
Est operæ precium talem spectare ruinam  
Cum qua picturæ concidit omnis honor.

ALIVD.

Quid vitam coluisse iuvat quasq; per artes  
Quando ea momento mors rapit atra brevi  
Par fuit Alberto Pictorum nemo, sed illum  
Fata diu summan non potuerunt pati  
Prefcidit ergo viri vitam mors solce maligna  
Et dixit moriens sic quoq; non morieris.

ALBERTO DVRERI NOBILIS.  
pictori & Geometræ in Norico. Q. V.  
An. LVII. Ioach. Camer. F.

Filium Alberte tibi, cum neret parca supremum  
Et plenum vitæ conglomeraret opus,

M. Beatiss. S.

Memoriae Alberti Dureri, viri optimi, ac ætate sua pictoris absolutissimi, qui non solum primus in Germaniâ picturam auxit, illustravit, ac ad severiorem legem restringit, sed et literis posteritati commendare coepit, ob quam rem, præcipue vero mores compositos, prudentiam ac modestiam singularem, Nurembergensibus suis, imo exteris omnibus fuit charissimus, Suo vero Maximiliano, ac nepoti eius Carolo, Caesaribus, nec non Ferdinando Hungariæ ac Bohemiæ Regi, acceptissimus, qui illum annuo largoque stipendio fouerunt, ac summo prosequuti sunt fauore. Obijt autem non sine magno amicorum desiderio. 8. Idus Aprilis. Anno. 1528. Aetatis vero suæ. 57.

Dilibaldus Pirckheimerus  
amico integerrimo. M. P.

Sic pro te fertur rerum natura locutus,  
Vltiora petens tempora pauca tibi.  
Parcite fatales euoluere pensa forores  
Ducitur ex ista gloria nostra colo  
Vnus quas rerum vitas ego proceco firmas,  
Hic simulæ ueris fingere doctus homo est.  
Quid quod nostræ huius vires superantur ab arte  
Et natura parens quod nequit iste potest?  
Hoc ego continens seror, neq; diuidor, inq;  
Veris biens medio uer hiemisq; manet.  
Hic ut spectentur uiuos facit inter humati  
Hoc antiquus uidet secula posteritas.  
Hic frat ut nullus omnis passim omnia quæ sunt,  
Quæq; futura putant quæq; fieri facit.  
Talia, cum uellet concedere parca roganti,  
Abhulerat crimem Persephonea sacrum.

Ιωαχίμ.

οἷς περὶ ἀπὸ Μαύου χεῖρας θαυμαστὸν ἔδωκεν  
ἠβραῶν ζῶντας ταύτ' ἰδιόλομὶ βλάπτει,  
ὅσοι ἀπὸ δ' ἐμμοῦ τῆς χεῖρας μνηματῶν ἀποτο  
καρξάφου ἐργάταις ἐργασασίωται καλῶς,  
ἔταξ τῶν ὀφειόντων, ἀπὸ Μαύου ἐμμόνους ἡμῶν  
ἀλλὰ καὶ ἄλλοις τοῖς τιθεῖσιν, ἔπορ, ἔμ.

In his libris qui operam lectionis forte posuerit, cum alia inter excubendum admissa et a se animaduersa errata benigne corrigat tum notata a nobis emendet. In quibus praefatione primi libri permutatos versus et confusam sententiam inter excursionem operis. Hoc modo. a. 3. a tergo Versu. 23. lege Non etiam fugiebat me quanto difficilio: esset labor futurus mortuo auctore quibus fuisse uiuo, et quod maxime contrarium esset, occupatus etc. At Versu ultimo et deinceps primo sequentis cartae dele hae verba. Labor futurus mortui auctore quibus fuisse uiuo, et quod max. contrarium esset.

Postea in libro. 3. carta. a. 1. Versu a fine. 2. lege si qui.

a. 2. B. 8. pone punctum ante. m. h. l. 12. punctum ante, relinquet tolle. Tolle et a tergo B. 11. a fine postetur.

a. 3. B. 3. ad dele. B. 12. se. discernit. B. 15. se. totam hanc rationem. B. 24. leg. <sup>pro</sup> <sup>re</sup> <sup>di</sup> <sup>o</sup> <sup>o</sup> B. 26. se. de curatationis. B. 5. a fine se. de curatatione. a. ultimo B. 1. lege productionibus.

b. 1. a tergo Intra imaginem virilem se lege. Infra genu. Ima sura exterius. Ima eadem interius. Mons ped.

b. 2. a tergo B. a fine. 7. se. vt. a. c. deser.

c. 2. supra prima facie se. elatam.

c. 3. a tergo in scriptura intra capita. B. 2. lege sed duo.

c. 4. B. 12. lege hanc non hac. B. 25. se. que non qua. B. 7. a fine se. acutius. A tergo. B. 6. se. labcomibus.

c. 6. B. 20. lege elaborantur. B. 25. lege tenuia.

c. 1. B. 1. lege proposita. c. 4. a tergo. B. 1. lege peruertendi. B. 15. lege nisi vsui ac comod. B. 12. a fine lege appon.

Ad peruertentis diuersionem a scribe. Mens. viril. imagi. ultimo loco deser. in libro. 2. f. 3. B. 19. lege ipsi su. a tergo. B. 9. lege putandum B. 21. dele etc. B. 29. se. Eodem enim modo et.

f. 4 a tergo. B. 17. a fine lege tenuibus. f. 5. B. 14. a fine lege nequaquam.

libro. 3. g. 2. a tergo. B. 5. lege designatae part. g. 3. B. 10. lege nenu.

g. 4. B. 3. lege angularibusue sig. B. 5. a fine lege cranium. A tergo. B. 2. lege illa.

g. 5. B. a fine. 3. lege a garediamur, a tergo. B. 12. lege dextrum autem dirig.

h. 2. columna. 2. B. 2. lege in laus. B. 6. lege semper. f. 5. B. 16. lege alius has sig.

B. ultimo lege scalpendi. A tergo. B. 7. lege facile ad fin. B. 8. lege foret, diff. B. 11. a fine lege sint, tunc intel.


k. 1. B. 5. a fine lege, quomodo etiam in la. a tergo. B. 9. lege oblique,


k. 1. a tergo. B. 8. lege assiduitate lecti.


Finiam opus Anno a salutifero partu. 1534. 9. Cal. Decemb.


Impensis viduae Duericianae, per Hieronymum

Fornschneyder Norimbergae.









H10521  
H10522

